


Qb. 54.



DANIELIS NETTELBLADT
SYSTEMA ELEMENTARE
DOCTRINARVM
PROPAEDEVTICARVM
IVRIS PRVDENTIAE
POSITIVAE GERMANORVM
COMMVNIS.

PRAEMISSAE SVNT
PRAECOGNITORVM ERVDITIONIS
GENERALIVM
PRIMAE LINEAE.



HALAE
IN OFFICINA RENGERIANA
MDCCCLXXXI.





L. B.

s.



Diu desiderata est systematis mei
elementaris *uniuersae iurispru-*
dentiae positivae Germanorum communis
tertia editio, cuius secunda editio prodiit a.
MDCCLXII. Nunc etiam desideratur meae
Nouae introductionis in iurisprudentiam positi-
vam Germanorum, quae a. MDCCLXXII.
lucem adspexit, iterata editio. Cepi itaque,

A 2

ob

ob mutatam interim rationem mearum prae-
lectionum iuridicarum, expositam in Sche-
diasmate: von dem ganzen Vmfange der
Rechtsgelahrtheit und meinen darauf ge-
richteten Vorlesungen Halle 1772, dum nunc
iurisprudentiam priuatam omnem, siveque
romano - germanico - forensem, docere so-
leo ad ductum Systematis V. C. LOBETHA-
NII, consilium, quae comprehensa sunt in
dictis duobus libellis, per tres huius generis
libellos digerendi, qui simul sumti comple-
tuntur, non solum totam iurisprudentiam
positiuam Germanorum communem secun-
dum omnes eius partes: sed & doctrinas pro-
paedeuticas eius quae ipsi systemati iurispru-
den-

dentiae praemittendae sunt, quorum refero

1) *Praecognita iurisprudentiae positivae Germanorum communis generalia;* 2) *Historiam legum positivarum quibus in Germania utimur;*
3) *Historiam litterariam iuridicam;* 4) *Terminologiam & characteristicam iuridicam generalem;* 5) *Theoriam artis gradus & lineas computandi, nec non allegandi euoluendique leges.*

Ex tria horum libellorum hic primus est, isque modo dictas doctrinas propaedeuticas iurisprudentiae sistit. Secundus est, qui simul cum eo prodit sub titulo: *Systema elementare iurisprudentiae positivae Germanorum communis generalis.* Tertius libellus hunc excipiet sub titulo: *Systema elementare omnium parti-*

*um iurisprudentiae positivae Germanorum com-
munis specialis.* Caeterum huic libello pre-
mis*si* praecognitorum eruditionis generalium
primas lineas, iam olim ductas in Praecogni-
tis meis eruditionis generalibus a. MDCCLV.
editis, nunc, pro praesenti meo scopo, pas-
sim emendatis, passim magis contractis. Haec
sunt quae Te L. B. scire Tua interest; hinc
plura non addo praeter id quod Te scire mea
interest, scilicet opto ut valeas & faveas.
Dabam Hala*e* MDCCXXXI.



PRAE-

PRAECOGNITORVM
ERVDITIONIS GENERALIVM
PRIMAE LINEAE.

LIBRARY OF THE
HISTORICAL SOCIETY OF PENNSYLVANIA



Kurzer Begriff aller Wissenschaften und anderer Theile der Gelehrsamkeit, worinnen ieder nach seinen Innhalt, Nutzen und Vollkommenheit kürzlich beschrieben wird. Zweite gantz veränderte und sehr vermehrte Auflage. Leipzig 1759. 8.

Io. Math. GESNERI *Isagoges in eruditionem uniuersalem*. Lips. 1774. 8.

Des Freyherrn von BIELFELD erste Grundlinien der algemeinen Gelehrsamkeit. Aus dem Französischen übersetzt. Bresl. vnd Leipzig. 1767.

§. I.

Praecognita eruditionis generalia, a praecognitis specialibus singularum eruditionis partium distinguenda, redeunt ad eruditionis 1) *genuinam notionem eiusque partes;* 2) *fontes et subsidia;* 3) *methodum.*

SECTIO I.

DE ERVDITIONIS GENVINA NOTIONE EIVSQVE PARTIBVS.

TIT. I.

DE ERVDITIONIS GENVINA NOTIONE.

Von den eigentlichen Begriff der Gelehrsamkeit in der Samlung iuristischer, philosophischer vnd critischer Aufsätze. Band. I. Th. 6. n. 5.

§. 2.

Eruditio est, si obiectiva sumitur, complexus veritatum logicarum haud vulgarium in formam artis redactarum. Est vero *veritas logica conuenientia*

tia cognitionis nostrae cum eo quod nobis representamus, et veritates logicae dicuntur *non vulgares*, si tales sunt ad quarum cognitionem acquirendam solus sensus communis hominis non sufficit, eaque tum sunt veritates *in formam artis redactae*, si secundum certum ordinem distincte et solide proponuntur, qui ordo est vel *ordo scolae*, vel *ordo systematicus*, vel *mixtus*, prout ordinis unica regula vel haec est, coniungi veritates quae versantur circa idem obiectum; vel unica eius regula haec est, praemitti veritates quae cognitioni subsequentium veritatum inseruiunt; vel utraque regula simul, quatenus fieri potest, obseruantur.

Ern. Car. WIEGAND *de veritate.* Ienae 1735.

Dan. MAICHEL *de certitudine praesertim metaphysica.* Tub.
1736.

Henr. BREIDENBACH *de certitudine cum principiis suis proposita.*
Ienae 1729.

§. 3.

Ab eruditione obiective sumta distingui debet eruditio *subiective* sumta, quae est cognitio veritatum logicarum non vulgarium in formam artis redactarum. Cum vero haec cognitio varia esse possit, inde oriuntur variae eruditionis subiective consideratae species et gradus, veluti *solida* et *superficiaria* eruditio, ad quam posteriorem *compendiaria* eruditio referri debet. Secundum hunc eruditionis conceptum etiam homines hac cognitione praediti *eruditi* dicuntur, de quibus et eorum speciebus, non hic, sed in historia litteraria agendum.

George.

Georg Bernh. BILFINGER de triplici cognitione historica, pbi-
losophica et mathematica. Jenae 1722.

Gottl. Sam. TREVER de compendiaria eruditione. Helm. 1718.

§. 4.

Ad eruditionis subiectiue sumptae affinia referri
debet *ars*, quae est habitus determinandi actum en-
tis. Vnde nulla *ars* est eruditio; prout nulla pars eru-
ditionis est *ars*, licet dentur partes eruditionis quae
sunt theoriae artium, quales sunt omnes eruditionis
partes quae sub nomine *practicarum* eruditionis par-
tium, opponi solent *theoreticis* eruditionis partibus.
Dicuntur vero partes eruditionis *practicae*, eae eius
partes quae continent tales veritates per quarum ap-
plicationem aliquid in actum deduci potest. Vnde
ipsae veritates quae partes eruditionis *practicas* con-
stituunt, *theoriae artium* quidem dici possunt: ast,
quod ipsae artes sint et dici possint, nullo modo de-
fendi potest.

TIT. II.

DE PARTIBVS ERVDITIONIS.

§. 5.

Si innumerae veritates logicae haud vulgares in
formam artis iam redactae, secundum earum
species a se inuicem separantur et sigillatim tractan-
tur, inde oriuntur *partes eruditionis* seu *disciplinae*,
scientiae, quae sunt vel *pureae*, vel *mixtae* partes eru-
ditionis, prout vel non nisi tales veritates continent
quaes, secundum ordinariam diuisionem eruditionis
in partes, separatae quandam eius partem consti-
tuunt, vel varias huius generis veritates sub se con-
tinent.

§. 6.

§. 6.

Purae partes eruditionis sunt *historia in sensu latiori sumta*, et reliquae eius partes quae sub *eruditionis dogmaticae* nomine comprehendendi possunt. Certissimum enim est omnes veritates non vulgares in formam artis redactas, vel entis quod individuum est facta statimue concernere, vel non, indeque oritur haec diuisio. Cum vero non minus certum sit, omnes reliquias veritates quae nec factum, nec statum entis, quod individuum est, concernunt, sive sic dictam eruditionem dogmaticam constituant, vel ex entis natura fluentes, vel ex ea non fluentes, veritates esse, eruditionis dogmaticae summae partes sunt, quoad veritates ex entis natura fluentes, *philosophia in sensu latiori*, et quoad reliquias veritates, *eruditio positiva*. Quae cum ita sint, ad tres partes generales reduci possunt omnes purae partes eruditionis, quae sunt **HISTORIA IN SENSI LATIORI; PHILOSOPHIA IN SENSI LATIORI** et **ERVDITIO POSITIVA**, de quarum generalium eruditionis partium subpartibus potioribus nunc agendum.

§. 7.

HISTORIA IN SENSI LATO SVMTA sub se comprehendit duas eruditionis partes, quarum altera continet veritates de entis, quod individuum est, factis, et sub *Historiae in sensu stricto* nomine venit: altera vero veritates de entis, quod individuum est, statu, et generatim *Notitia entis* dici potest.

§. 8.

Quoad varias *historiae in sensu stricto sumtae* partes, pro praesenti meo scopo sufficit quarundam harum

rum partium mentionem fieri. Hae sunt 1) *bistoria rerumpublicarum*, si facta concernunt *rerumpublicarum* ortum et earum statum publicum; 2) *bistoria eruditionis*, si facta concernunt eruditionis fata, id est, eius originem et mutationes. Quoad historiam tam *rerumpublicarum* quam eruditionis praeterea notandum, vtramque esse vel *vniuersalem*, vel *particularem*, prout prior, vel si non omnes, tamen potiores res publicas, vel non nisi hanc seu illam rempublicam; posterior vero, vel eruditionem generatim, vel non nisi hanc seu illam eius partem, concernit.

§. 9.

Notitiam entis quod attinet, eius partes differunt pro entis quod concernit diuersitate. Hic vero tantum monendum tales esse generatim *Antiquitates*, quae concernunt entis statum antiquum nunc mutatum: speciatim vero quoad 1) respublicas, *Notitiam rerumpublicarum* seu *Statisticam*, quoad *rerumpublicarum* statum publicum hodiernum; 2) eruditionem, *Notitiam eruditorum* et *Notitiam scriptorum*, seu *Biographiam* et *Bibliographiam*, quoad eruditos et scripta eruditorum.

Car. Frid. PAULI von dem Begriff und den Gränzen der Staatskennnis. Halle 1750.

§. 10.

Sequitur secunda pars summa eruditionis *PHILOSOPHIA IN SENSI LATIORI*, quae abit in *philosophiam in sensu stricto seu proprio et mathefin*, prout ad philosophiam pertinentes veritates, vel non concernunt, vel concernunt, quantitatem mensurandi modum. Mitto mathefin, et, quoad philosophiam in

in sensu stricto, ob latum eius ambitum hic tantum breuissimam sciagraphiam partium huius disciplinae adiicio. Est nimurum Philosophia vel *theoretica*, vel *practica* philosophia. Philosophiae theoreticæ partes sunt *Metaphysica*, cuius partes hic præsertim notandæ sunt *Ontologia* et *Psychologia empirica*, et *Physica*. Ad practicam philosophiam vero referri debent *Medicina*, et quae ei opponuntur *reliquæ partes philosophiae practicæ*, quae sunt *Logica* et *Philosophia practica stricta sic dicta*, quae est vel *Philosophia practica uniuersalis*, vel *specialis*, haecque vel *iurisprudentia naturalis*, vel *philosophia practica strictissime sic dicta*, nimurum *Ethica* seu *Philosophia moralis*; *Oeconomica* et *Politica*. Ad Politicam vero pertinent variae partes eruditionis quae inde oriuntur, si quaedam veritates ad Politicam pertinentes separatim tractantur, veluti *scientiae oeconomicæ*, et *scientiae camerales in sensu proprio*.

Io. Aug. EBERHARDT von dem Begriff der Philosophie und ihren Theilen. Berlin 1778. 8.

Abr. Gotth. KAESTNER *Matheseos et Physices idea generalis*. Goett. 1766.

Georg. WILLIVS *de novo generaliori et accuratiori Physices conceptu*. Alt. 1755.

Wilh. Ern. CHRISTIANI *de definiendis iustis partium philosophiae practicæ limitibus*. Kil. 1764.

Christ. MASIVS *cogitata de disciplinarum moralium limitibus et variis confitendum*. Erl. 1769.

§. II

Progreßior ad tertiam summam eruditionis partem, quae sub ERUDITIONIS POSITIVAE nomine venit et tres sub se comprehendit partes. Prima earum

earum est *Philologia in sensu proprio*, quae versatur circa verba; secunda, *Theologia reuelata seu positiva*, quae concernit veritates de iis quae ex voluntate Dei hominibus reuelata, ad salutem eorum scitu factaque necessaria sunt; tertia, *Iurisprudentia positiva*, quae continet veritates de hominum iuribus et obligationibus, per voluntatem alicuius, potissimum superioris, constitutis. Mitto theologiam reuelatam et iurisprudentiam positivam, et non nisi quoad Philologiam moneo, partes eius esse *Grammaticam* et *Artem criticam* seu potius *Theoriam artis criticæ*, propter veritates philologicae vel tales sunt quae circa verba ita versantur ut concernant rectum eorum usum, vel tales quae verborum originem, genuinum significatum et veram lectionem textus quoad verba ipsa, eorum ordinem et interpunctionem concernunt.

Io. Gottl. TOELNER *de vero disciplinarum theologiarum ambitu et nexu*. Franc. ad Viadr. 1756.

Frid. Theod. MÜLLER *de theologiae reuelatae paribus et speciebus curatiis dignoscendis*. Ienae 1757.

Christoph. Frid. AYRMANN *idea philologiae et studii philologici adumbrata*. Lipsi.

Car. Günth. LYDOVICI *de disciplinarum philologicarum numero et nexu*. Lips. 1766.

§. 12.

Absolutis, quantum pro praesenti meo scopo sufficit, partibus eruditionis puris, sequuntur mixtae eruditionis partes (§. 5.). Sunt hae duplicitis generis, dum vel veritatum quae pertinent ad iurisprudentiam positivam, cum veritatibus ad alias eruditionis partes pertinentibus, mixturam continent, vel non.

§. 13.

§. 13.

Ad mixtas *prioris* generis eruditionis partes referri debent *Mathesis forensis*; *Medicina forensis* seu *legalis*; *Oeconomia forensis*; *Ius publicum historicum*; et *scientiae camerales in sensu proprio* si veritatis ad politicam pertinentibus de re camerali, admittentur iuridicae veritates de iuribus et obligacionibus rem *cameralem* concernentibus.

§. 14.

Posterioris generis mixtae eruditionis partes sunt 1) *Historia litteraria* seu *Litteratura in sensu latiori*, si coniunguntur historia eruditionis (§. 8.) notitia eruditorum (§. 9.) et notitia scriptorum (§. cit.), quaeque diuidi potest in *generalem* et *specialem*, prout ad certam eruditionis partem et certi generis eruditos atque scripta, vel non restricta est, vel restricta est, et posterior pro diuersitate partium eruditionis differt; 2) *Philologia in sensu proprio summa*, in quo et philosophicas veritates de sermone veritates, praeter eas quae ad philologiam proprie sic dicitam (§. 11.) pertinent, sub se continet, et in hoc sensu ad philologiam referri possunt a) *Ars oratoria et poëtica*, seu potius *theoria huius artis*; b) *Ars critica*, seu potius *theoria artis criticae in sensu proprio* seu *latiori*, in quo extenditur ad documentorum et scriptorum aeratatem, fidem, auctorem et facta, et in hoc sensu sub se comprehendit *artem diplomaticam*, seu potius *theoriam artis diplomaticae*, quantum praecise diplomata concernit; 3) eae partes eruditionis quae sub *litterarum elegantiorum* (*belles lettres*, schône Wissenschaften) nomine veniunt, dum

dum litterae elegantiores sub se comprehendunt, praeter historiam, omnes partes eruditionis quae sunt practicæ eruditionis (§. 4.) partes, et eo fini inferuiunt, ut per earum praxin aliquid produci possit quod facit ad sensuum delectationem, sive caerero-quin veritates ipsae sint historicæ, sive philosophicæ, sive positivæ veritates. Huc itaque pertinunt, quoad veritates generalissimas huius generis, *Aesthetica*, et, quoad veritates magis speciales, variae par-tes eruditionis, quarum aliae sub iam nominatis eruditionis partibus idem comprehensæ sunt, veluti *theoria artis oratoriae*, *pœticæ* etc. aliae non, veluti *theoria artis musicæ* etc.; 4) sic dicta *Studia humanitatis* seu *Humaniora*, dum sub hac denominatione non solum ipsæ litteræ elegantiores, sed et praeterea variae grauiores eruditionis partes, veluti antiquitatum notitia, omnis ars critica, imo vulgaris linguarum notitia licet ea non sit pars eruditionis, comprehendendi solent.

Io. Christoph. SPRINGER die Gränzen der Cameral-Oecono-mie - Finanz- und Policey-Wissenschaften in ihrer Verbindung
Halle 1767. 8.

Frid. Guil. GOETZE de confinio pœses et eloquentiae regundo.

Lipſ. 1744.

(Syst. doctr. propaed.)

B

SECTIO

SECTIO II.

DE

FONTIBVS ET SVBSIDIIS ERVDITIONIS.

TIT. I.

DE FONTIBVS ERVDITIONIS.

§. 15.

Sub fontium eruditionis nomine mihi in sensu latiori veniunt, tam principia fiendi, quam principia cognoscendi, veritates ad eruditionem pertinentes.

§. 16.

Quod attinet fontes primi generis, sicque *principia fiendi veritatum*, quae in se continent rationem actualitatis veritatum, ad ea referri debent I. *ipsa rerum natura*, sicque essentia totius mundi seu huius vel illius entis in eo; II. *voluntas Dei*, vel *hominis talis a cuius arbitrio dependet aliquid pro vero habendum esse*; III. *factum ipsum cuiuslibet agentis in rebus facti*; IV. *vus receptus in iis quae ab eo dependent*.

§. 17.

Fontes secundi generis, seu *principia cognoscendi veritates*, sicque ea principia quae continent rationem cognitionis veritatum et media sunt eas investigandi, generatim considerata duplicis generis sunt, dum ratio cognitionis nostrae veritatum, vel latet in *nexus ratiocinii*, quod cognoscendi veritates

prin-

principium mihi sub *principiis cognoscendi philosophici* nomine venit, vel *non*. In hoc posteriori casu vero, in quo principium cognoscendi appellatur *historicum cognoscendi principium*, ratio cognitionis est, vel *sensuum perceptio*, vel *traditio*. Est vero *sensuum perceptio*, vel *simplex*, vel *experientia*, et sub *traditionis* nomine hic venit, tam traditio diuina quaecunque, quae etiam sub luminis reuelationis seu gratiae nomine venit, siue sit internum, siue externum, quod vel immediatum est, vel mediatum, veluti scriptura sacra, quam quaecunque traditio humana. Vnde sub hoc principio cognoscendi comprehensa sunt omnia testimonia in sensu latissimo sumta, in quo et confessio huc referri potest, nec non legum humanaarum publicatio. Quae cum ita sint, principia cognoscendi veritatem redeunt ad I. *ratiocinium*; II. *sensationem*; III. *traditionem*.

Car. Gunth. LYDOVICI de *veris et falsis cognitionis humanae principiis*. Lips. 1731.

Val. Beni. GLANDORFF de *triplici cognitionis humanae admittendo principio experientia, ratione et testimonio*. Ienae 1765.

Io. Herm. BECKER de *experientia matre scientiarum*. Rost. 1730.

Io. Huld. HEYDEN de *triplici lumine, naturae, gratiae et gloriae*.



TIT. II.

DE SVBSIDIIS ERUDITIONIS.

§. 18.

Ad subsidia eruditionis subiectiue sumtae referto omne id quod eo facit ut, qui eruditus non est, talis fiat. Sunt ea partim *remota*, i partim *proxima* subsidia, licet non nisi de posterioribus hic agendum.

Ant. Frid. Büsching Beantwortung der Frage: *Wer studiren solle?* Berlin 1781.

§. 19.

Ad subsidia eruditionis *proxima* referto 1) capacitatem nobis acquirendi distinctam veritatum quae ad eruditionem pertinent cognitionem, seu, ut aiunt, *ingenium* (Genie, Fahigkeit), a qua capacitate differt toto coelo iam acquisita veritatum talium distincta cognitio, seu, ut aiunt, *scientia* (Wissenschaft) in hoc sensu sumta.

§. 20.

Porro subsidium eruditionis proximum est 2) *studium*, hoc est, intensio virium facultatis animae cognoscitiae, ad acquirendum distinctam cognitionem veritatum quae ad eruditionem pertinent, directa. Studium vero triplex est, dum ad illud a) *auditio*; b) *lectio*; c) *meditatio* referri possunt.

§. 21.

Ad subsidia eruditionis etiam referri potest 3) *cultura disciplinarum subsidiarum quoad eas disciplinas*

plinas quae iis non sunt destitutae. Sub disciplinarum subsidiariarum nomine vero veniunt disciplinae quae, relate ad aliam disciplinam, in eam influunt, qui influxus in eo conficit, quod disciplina, de qua dicitur quod influat in aliam, suppeditet ei, vel principia ad veritates ad eam pertinentes explicandas, stabilendas et supplendas, necessaria, vel methodi in ea applicandae ideam exemplarem. Inde hic influxus duplex est, et in priori casu *materialis*, in posteriori vero *formalis* appellatur.

§. 22.

Disciplinae subsidiariae sunt vel *generales*, quae tales sunt relate ad omnes partes eruditionis quae subsidiarias disciplinas admittunt, vel *speciales*, quae tantum relate ad hanc vel illam disciplinam aliam tales sunt, de quibus in praecognitis specialibus singularum eruditionis partium agendum. Ut vero determinari possit, quae disciplinae sunt in relatione ad alias subsidiariae disciplinae, hoc principium generale notandum: Si adest influxus disciplinae cuiusdam in aliam, siue sit materialis siue formalis influxus, ea disciplina quae influit in aliam, est disciplina subsidiaria eius in quam influit. Cessante vero hoc duplice influxu, pro disciplina subsidiaria haberri nequit. Unde fluit per se: *logicam*, *ontologiam*, *psychologiam empiricam*, et *historiam litterariam* *uniuersalem*, ut et matheisin quoad methodum, esse disciplinas subsidiarias *generales*.

SECTIO III.

DE

METHODO ERVDITIONIS IN GENERE
ET METHODO EAM DOCENDI DISCENDIQVE
IN SPECIE.

TIT. I.

DE METHODO ERVDITIONIS IN GENERE.

Wilh. Christ. MÜLLER *Methodica seu de studiis apie instituendis praecepta.* Kil. 1777. 8.

Christ. Frid. WENNY *de prudenti variarum methodorum applicacione pro ingeniorum ac disciplinarum varietate.*

§. 23.

Methodus eruditionis est determinatus veritates ad eruditionem perinentes tractandi modus. Vnde 1) methodus non tantum ordinem veritatum concer-
nit, sed et modum eas indagandi, probandi et illu-
strandi; 2) omnis methodus non nisi formalia concer-
nit, et ipsae veritates sunt eadem, sive bac, sive alia
methodo proponantur.

§. 24.

Inter varias methodi eruditionis diuisiones, potius in Logica quam hic explicandas, praesertim duplex diuisio hic notanda. Prima est quod sit ratione finis, vel docendi, vel discendi methodus, de qua speciatim in sequentibus agendum. Secunda hic expli-
canda diuisio methodi est, quod ratione perfectionis quam ope methodi in cognitione nostra obtinere possu-

possumus, si vel *vulgaris*, si per eam nulla insignis perfectio cognitioni nostrae conciliatur, vel *artificialis*, si hanc producit perfectionem, et huius methodi species est methodus *scientifica* seu *demonstrativa*, *mathematica*, si insignis perfectio quam producit haec est, cognitionem nostram fieri perspicuam, solidam et profundam, sive maximam producit perfectionem.

§. 25.

Hinc fluit: *methodi scientiae regulas requirere*, *quoad perspicuitatem et profunditatem* 1) *notiones distinctas et completas*; 2) *ordinem veritatum systematum*, vel *saltim mixtum* (§. 2.) et *quoad soliditatem* 3) *demonstrationem veritatum*, quae est talis probatio veritatum quae conuincit, sive hoc fiat eo modo quod ex certis principiis per concatenata ratiocinia deducantur, vnde oriuntur demonstrationes quas appello *philosophicas*, sive alio modo, sive vel per certam et indubitaram sensationem, vel per traditionem fide dignam (§. 17.), vnde oriuntur demonstrationes quas appello *historicas*.

§. 26.

Nec minus ex dictis patet 1) vulgare dictionum: *methodum esse arbitriam*, falsissimum esse; 2) *methodum scientificam pro disciplinarum diuersitate, quod attinet demonstrationes, diuerso modo applicandam esse*.

T I R. II.

DE METHODO DOCENDI ERVDITIONEM.

§. 27.

Qui alterum ad veritatum quae ad eruditionem pertinent cognitionem perducere intendit, docere dicitur; id quod vel *viva voce* sit, vel per *scripta*. Cum vero quae de docendi methodo per scripta valent, partim ad *logicam*, partim ad *historiam litterariam* referri debeant, hic non nisi de methodo docendi *viva voce*, praemissis iis quae generatim de methodo docendi praemittenda sunt, agendum.

§. 28.

Docens I. generatim, siue *viva voce*, siue per *scripta*, doceat, quoad 1) *veritates ipsas*, non nisi *veritates pragmáticas*, et inter eas praesertim *foecundas*, talesque quae sunt *notiones directrices*, proponere debet; 2) *modum proponendi eas*, ita docere debet, ut ii, quos docet, non solum *intelligent* quae docet, sed et ad *distinctam, solidam et profundam* earum cognitionem perducantur.

§. 29.

Hinc fluit docentem 1) *dono perspicuitatis instru*ctum esse et 2) *veritates quas proponit demonstrare* debere (§. 25.); caeterum vero 3) perinde esse, an demum *docendo discat*, vel non.

§. 30.

§. 30.

Quod attinet II. *speciatim viua voce docentis officia*, ea officia docentis quae in 1) quibuscumque *praelectionibus* obseruanda sunt eo redeunt, eum a) ad ductum *compendii*, in quo eligendo vnicet requisitorum compendii ratio habenda, docere; b) de eo sollicitum esse ut *praelectiones* suae sint *completae*, id est, omnia contineant, quae requiruntur, ut auditores propria industria in disciplina in *praelectionibus* explicata vteriores facere possint progressus; c) intra terminum *praelectionibus* *praefitatum* eas ad finem perducere; d) terminis *technicis* nondum explicatis non vti; e) *dictando in calatum* auditores non defatigare et tempus perdere.

§. 31.

Quae nunc sequuntur 2) *specialia docentium viua voce officia*, secundum diuersitatem *praelectionum* diuersa, differunt prout collegia sunt vel *theoretica*, sub quo nomine mihi veniunt, si solus docens agit, vel *practica*, si discentes simul agunt, aut respondendo ad quaestiones a docente propositas, quae dicuntur *examinatoria*; aut defendendo vel oppugnando veritates, quae dicuntur *disputatoria*; aut aliud quid agendo, quae dicuntur *practica in specie sic dicta*. Quae vero sunt specialia docentis officia pro hac diuersitate collegiorum, potius in *praeognitionis* specialibus singularum eruditionis partium, quam hic, explicanda sunt.

Andr. BOEHMIVS de usu exercitii *disputatorii*. Gissae 1746.

T U T. III.

DE METHODO DISCENDI ERUDITIONEM.

§. 32.

Discere eruditionem dicitur, qui operam dat ut veritatum quae ad eruditionem pertinent cognitionem acquirat.

§. 33.

Licet discendi methodus differat pro diversitate partium eruditionis, huic vel illi eruditionis parti propriae discendi regulae vero hoc loco explicari nequeant, sed ad praecognita specialia cuiuslibet disciplinae remittendae sint: non desunt tamen generales regulae quae quoad omnes disciplinas locum habent, hic ita tradendae ut, praemissis quae generatim de methodo discendi praemittenda sunt, addantur quae speciatim obseruari debent a *discente in academicis annis abhuc constituto*, et ab eo qui finitis studiis academicis vteriores in studiis progressus facere vult.

§. 34.

Quae discens I. generatim obseruare debet, redeunt ad tres sequentes regulas:

Reg. I. *Discens praesertim veritatum pragmaticarum, inter pragmáticas vero praesertim foecundarum, et inter foecundas, praesertim notionum directricium, rationem habere debet.*

Reg. II. *Quamvis usus tabularum mnemonicarum et collectaneorum non prorsus contemnendus sit, variae tamen cautelae sunt obseruandae a discente, ne hoc instituto, per se utili omnino, abutatur.*

Reg.

Reg. III. Discens sollicitus esse debet ut bibliotheca
sit instructus, quae prudenter comparanda, et
bene ordinanda.

L. B. de WOLF de notionibus directricibus in Hor. Subf. A.
1729. Trin. Vern. num. 4.

IDEM de tabularum mnemonicarum constructione et usu l. c. A.
1730. Trin. Aest. num. 3.

Io. Iac. MOSERS einige Vorrtheile für Camzlei-Verwände und
Gelehrte in Absicht auf Älter - Verzeichnisse, Auszüge und
Register, dergleichen auf Sammlungen zu künftigen Schriften
und wirkliche Ausarbeitung derer Schriften. 1778. 8.

Io. Dav. KOELERI Sylloge aliquod scriptorum de lese ordinanda
bibliotheca. Franc. 1728.

§. 35.

Discens qui II. in academiis subsistit studia sua
academica i) generatim eo dirigere deberet, vt a) iis
disciplinis operam det quarum cognitio ei usum praef-
stare potest; b) veritatum ad eas pertinentim distin-
ctam, solidam et profundam cognitionem talem et
tantam, a viua voce docente acquirat, quali et quan-
ta instructus esse debet, vt sibi relictus ulteriores in
studiis facere possit progressus.

Frid. Wilh. BIERLING de eruditione politica oder wie man ca-
valierement studieren sollte. Rinthelii 1708.

§. 36.

Quae discens in academiis qua talis 2) speciatim
obseruare debeat redeunt ad sequentia summa capita:
a) disciplinarum subsidiarum cum principali con-
iunctionem legitimam; b) prudentem electionem eius
ex docentium numero, quo tanquam praceptore
vti

vbi vult; c) ordinem in ad descendis variis disciplinis obseruandum; d) ea quae quoad collegia ipsa quae frequentat obseruanda, quoad α) numerum; β) præparationem; γ) repetitionem.

Vernünftige Gedanken von dem blinden Beyfall auf Academien.

Fr. u. Leipz. 1738.

Gottl. Sam. NICOLAI *Gedanken von der besten Art die Collegia zu repetiren.* Witt. 1769. 8.

§. 37.

Tandem III. studiis academicis finitis ulteriores in studiis progressus discens facere debet 1) repetendo; 2) legendo et meditando; 3) praxin. cum theoria coniungendo in practicis disciplinis; 4) conuersando cum eruditis; 5) iter litterariorum suscipiendo.

Io. Gottf. LAKEMACHER *de studiis per colloquium cum eruditis.*

Helmit. 1728.

Io. Dav. KOEHLER *Anweisung für reisende Gelehrte, Bibliotheken, Münzcabinate, Antiquitätenzimmer mit Nutzen zu besehen.* Frankf. 1762. 8.



DOCTRI-

DOCTRINAE
PROPAEDEVTICAE
IVRISPRVDENTIAE
POSITIVAE GERMANORVM
COMMVNIS.

I.

PRAECOGNITA GENERALIA
IVRISPRVDENTIAE POSITIVAE
GERMANORVM COMMVNIS

•
TROPHAEATIPAE
TARISPADENTIAE

POSTITIAE EKSKAMNIORVM
COMMISSARIÆ

TROPHAEATIPAE
TARISPADENTIAE POSTITIAE
COMMISSARIÆ

GRANIGRVM COMMUNIS

Ioan. KLEINSCHMIDT. *praecognitorum iurisprudentiae tractatus sex.* Herb. 1652. 8vo.

Virici MARBACH *introitus ad iurisprudenciam apertus.* Teneae 1717. 8vo.

Io. Ad. L. B. ab ICKSTATT *meditationes praeliminares de studio iuris ordine atque methodo scientifica instituendo.* Wirc. 1731. 4. et in Opp. T. I. num. I.

Christ. THOMASII *Cautelae circa praecognita iurisprudensiae.* Halae 1710.

Io. Iacob MOSERS *Anleitung zu dem studio iuris iunger Standen und anderer Personen.* Franckf. unb Leipzig. 1736. Ien. 1743. 8vo.

Phil. BECKERS *Vorbereitung zur Rechtsgelehrtheit.* Rint. 1745. 8vo.

Henr. Christ. Baronis de SENCKENBERG *methodus iurisprudentiae ex propriis et peregrinis iuribus germaniae recepirae aliquibus monumentis anecdoris illustrata.* Frac. 1756. 4.

EIVSDEM *Vorläufige Anleitung zu der ganzen in Teutschland üblichen Rechtsgelehrtheit.* Edit. sec. Nordl. 1764. 8.

Io. Steph. FÜTTERS *neuer Versuch einer iuristischen Encyclopädie und Methodologie* Goett. 1757. 8.

Aug. Frid. SCHOTT *Entwurf einer iuristischen Encyclopädie und Methodologie.* Leipz. 1772. 1774. 1780. 8.

§. 38.

Quae ad *specialia eruditionis praecognita* (§. 1.) pertinent *praecognita iurisprudentiae positivae communis*, sunt vel *praecognita generalia iurisprudentiae positivae Germanorum communis*, vel *praecognita specialia singularium partium iurisprudentiae positivae Germanorum communis*, qualia sunt *praecognita iurisprudentiae 1) positivae Germanorum communis generalis; 2) publicae germanicae; 3) gentium euro-*

32 I. Praec. iurispr. pos. Germ. com. generalia.

europaearum ad Germanos applicatae; 4) priuatae romano-germanico-forensis; 5) feudalis Longobardico-germanico-forensis; 6) ecclesiasticae pontificiorum et euangelicorum; 7) criminalis romano germanico-foresis; et 8) practicae - romano - canonico germanico forensis, quae singulis partibus iurisprudentiae positivae Germanorum communis praemittenda sunt. Generalia praecognita hic explicanda redeunt ad tria summa capita, de iurisprudentiae positivae Germanorum communis 1) genuina notione eiusque partibus; 2) fontibus et subsidiis; 3) methodo.

SECTIO I.

DE IVRISPRVDENTIAE POSITIVAE
GERMANORVM COMMVNIS GENVINA NOTIONE
EIVSQUE PARTIBVS.

TIT. I.

DE

IVRISPRVDENTIAE POSITIVAE GERMANORVM
COMMVNIS GENVINA NOTIONE.

§. 39.

Quae inter partes eruditionis positivae eminet iurisprudentia positiva (§. II.), differt pro diversitate rerum publicarum quarum leges positivae sunt eius fons. Quod si nunc ponis fontes eius esse leges positivas in Germania valentes, sive sint leges germanicae, sive aliae leges quae in germania ex receptione valent, inde oritur iurisprudentia positiva Germanorum, (die in Teutschland übliche Rechtsgelehrtheit seu die Rechtsgelahrtheit der Teutschen) quae est

est ea iurisprudentiae positivae pars, quae continet veritates de iuribus et obligationibus Germanorum. Est ea *communis* (*die gemeine in Teutschland übliche Rechtsgebräuch*), si leges quae eius fontes sunt, tales sunt, quae in regula vbiique in Germania valent, cui opponitur iurisprudentia positiva Germanorum *particularis*.

§. 40.

Est itaque 1) iurisprudentia positiva Germanorum communis pars iurisprudentiae positivae, cui iurisprudentia positiva *Gallorum*, *Danorum* etc. opponenda, eaque cum iurisprudentia positiva *germania* (*der teutschen Rechtsgebräuch*) non confundenda. Est praeterea 2) pars eruditionis *practica*, ast ideo nec ars est, nec recte definitur per habitum practicum leges interpretandi et applicandi ad casus obuenientes; licet theoria artis dici possit, indeque secundum *ULPIANVM l. i. pr. ff. de l. et l. sit ars aequi et boni.*

§. 41.

Theoria iuris et *ipsa iurisprudentia* non differunt inter se, si *theoria iuris* sumitur pro complexu veritatum de iuribus et obligationibus hominum, secundum leges positivas in formam artis redactarum. Ast *praxis iuris*, quae est applicatio theoriae iuris ad casus obuenientes, differt omnino a iurisprudentia, et *conflictus inter theoriam et praxin iuris*, non nisi in eo sensu locum habet, in quo non applicatio theoriae iuris ad casus obuenientes, sed potius valor legum in foro, sub hoc nomine venit.

(Syst. doctr. propaed.)

C

Christ.

34 I. Praec. iurispr. pos. germ. com. generalia.

Christ. Io. CONF. ENGELBRECHT examen distinctionis vulgaris
inter theoriam seu punctum juris et hodiernam praxin. Helmst.
1717.

Io. Tob. CARRICHI de conflictu theoriae et praxeos iuris. Ha-
lae 1736.

Mart. Gottl. PAULI de theoriae et praxis iuridicae discordia.
Lipc. 1747.

Iust. CLAPROTH Praef. Von dem Verhältnis der Theorie und
Praxis der Rechte, quae praemissa est eius Grundsätzen
von Verfertigung der Relationen.

§. 42.

Singulae veritates sub iurisprudentiae positivae
ambitu contentae dicuntur iuridicae veritates, qua-
rum criteria itaque sunt eas 1) concernere iura et obli-
gationes hominum; 2) per leges positivas constitutas
esse, sive expresse, sive tacite. Hinc oritur diuisio
veritatum iuridicarum in mere positivas et mixtas.
Dicuntur vero mere positivae, si differunt a veritati-
bus philosophicis de iuribus et de obligationibus ho-
minum, seu a veritatibus iuris naturalis, mixtae vero
si cum iis conueniunt, vel ideo quoniam per le-
ges positivas idem expresse constitutum est quod iu-
ris naturalis est, vel tacite ideo quoniam per eas con-
trarium non est constitutum (a). Vnde rationes ve-
ritatum iuridicarum positivarum mixtarum semper
sunt rationes necessariae, mere positivarum veritatum
juridicarum rationes vero sunt, vel necessariae, vel
arbitrariae rationes.

(a) l. 6. pr. ff. de iustitia et iure. Ius ciuile est quod neque
in totum a naturali vel gentium recedit, nec per omnia
ei seruit: itaque cum aliquid addimus vel detrahimus iuri
communi, ius proprium, id est ciuile efficiamus.

l. 10.

L. 10. ff. de legibus. Neque leges, neque senatus consulta ita scribi possunt, ut omnes casus qui quondocunque incident comprehendantur: sed sufficit ea quae plerumque accidunt contineri.

§. 43.

Caeterum hoc loco ~~in~~ vsum scholae paucis agendum de *definitione iurisprudentiae* et eius *fine* ex mente Iurisconsultorum romanorum, secundum quos iurisprudentia est rerum diuinarum et humana- rum notitia, iusti atque iniusti scientia, finis eius vero *iustitia*, quae iis est constans et perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi. §. 1. I. de *iustitia et iure*. l. 1. pr. et §. 1. l. 10. ff. eod. Ast, si *iurisprudentia* in genere definienda, potius dicendum quod sit scientia iusti et iniusti seu scientia iurium et obligationum. *Finem* iurisprudentiae vero quod attinet, dici nequit eum esse iustitiam in dicto sensu: sed potius dicendum eius finem esse promotionem salutis publicae quoad eam regiminiis reipublicae partem specialem quae concernit rem iudiciarum in republica (das Iustizwesen).

Georg. Christ. GEBAYER de *iustitia et iure*. Goett. 1738. et in eius Exercit. academicis variis argumenti Tom. I. num. V.

Franc. Car. CONRADI de *iustitia interna a fine iurisprudentiae non separanda*. Helmst. 1744.

Dom. Bricheri COLVMBI de *iustitia et iure seu scrutinium VI- piani* 1*Cai non vapulanis in definitionibus iustitiae et iurispru- dentiae*. Lips. 1739.

Franc. Car. CONRADI de *iustitia interna a fine iurisprudentiae civilis non separanda*. Helmst. 1744.

Io. GOTTL. HEINECCI Praef. de *Iurisprudentia diuinarum hu- manarumque rerum notitia*, praemissa fasciculo scriptorum de iure nautico et maritimo. Halae 1740.

TIT. II.

DE PARTIBVS IVRISPRVDENTIAE POSITIVAE
GERMANORVM COMMVNIS.

Entwurf einer Eintheilung der Rechtsgelehrtheit überhaupr und der bürgerlichen insbesondere; in der Sammlung vermischter kleiner Schriften. Bützow 1764. 1 St. S. 67.

Commentio mea: von dem ganzen Umfange der natürlichen und der in Teutschland üblichen positiven gemeinen Rechtsgelehrtheit etc. Halle 1772.

§. 44.

Cum neutiquam sufficiat in studio iurisprudentiae positivae Germanorum communis, si quaestio est de eius partibus, cum VPLANO in l. 1. §. 2. *D. de iustitia et iure* dicere: *huius studii duae sunt positiones iuspublicum et priuatum:* de eius partibus curatus agendum, et praemonendum, ex duplice plane diuerso fundamento eam in partes diuidi posse, nimirum pro diuersitate legum Germanorum, sive pro fontium diuersitate, et pro diuersitate obiecti veritatum iuridicarum quas haec pars eruditionis sub se continet. Licer enim ex neutro horum fundamentorum oriatur diuisio iurisprudentiae in *legislatoriam, consultoriam et iudicariam*, sub qua etiam comprehendi solet sic dicta iurisprudentia *heurematica seu cautelaris iurisprudentia*, ideo tamen tertium fundamentum non adsumendum, cum haec diuisio tanquam falsa reiicienda sit.

Eberh. Rud. ROTH *Diff. politica de prudentia triplici legumlatrice, consultatrice et iudicaria.* Vlmae 1678.

§. 45.

§. 45.

Quodsi partes iurisprudentiae positivae Germanorum communis secundum fontium diuersitatem constituendae sunt, ea distribuenda est in iurisprudentiam *diuinam* et *humanam*, humana iurisprudentia vero in iurisprudentiam *peregrinam* et *germanicam*, inter quas partes peregrina triplex est, vel *romana*, vel *canonica* seu *canonico-pontificia*, vel *feudalis longobardica iurisprudentia*. Licet vero *germanica iurisprudentia* in *antiquam*, *mediam* et *nouam*, diuidi, et *romana* aequae ac *canonico-pontificia iurisprudentia* similem admittant diuisiōnem in subpartes, hae diuīsiones tamen merito hic negligendae sunt.

§. 46.

Sequitur diuīsio iurisprudentiae positivae Germanorum communis ex secundo fundamento, nimirum secundum diuersitatem *objectorum veritatum iuridicarum*. Ex hoc fundamento oriuntur partes eius *principales*, quae simul sumtae omnes ad iurisprudentiam positivam Germanorum communem pertinentes veritates sub se comprehendunt, et partes *minus principales*, quae tales non sunt.

§. 47.

Principales partes iurisprudentiae positivae communis sunt iurisprudentia positiva Germanorum communis *generalis*, quae sub se continet veritates iuridicas generalissimas, sub quo nomine mihi veniunt veritates iuridicae quae versantur circa talia obiecta, quae secundum ordinariam et adaequatam diuīsionem iurisprudentiae positivae Germano-

rum communis in partes secundum obiecti diuersitatem, ad hanc vel illam eius partem referri nequeunt, et *specialis*, quae reliquas veritates, sive veritates iuridicas quae generalissimae non sunt, sub se comprehendit.

§. 48.

Mitto iurisprudentiam positivam Germanorum communem generalem in subpartes non diuidendam, et progredior ad iurisprudentiae positivae Germanorum communis *specialis* subpartes, quae sunt *theoretica* iurisprudentia positiva Germanorum communis, si veritates eam constituentes non concernunt, et *practica* iurisprudentia positiva Germanorum communis, si concernunt, modum expediendi ea humana negotia quae iura et obligationes hominum concernunt, id est, negotia iuridica. Vtraque in subpartes, quae nunc sequuntur, subdividenda est.

§. 49.

Iurisprudentiae positivae Germanorum communis theoreticae subpartes sunt, iurisprudentia positiva Germanorum communis *civilis*, quae sub hoc nomine venit in oppositione ad iurisprudentiam criminalem, et iurisprudentia *criminalis romano-germanica-forensis*, prout vel circa delicta non versatur, vel circa ea versatur. PRIORIS partis subpartes sunt iurisprudentia *secularis*, si sacra Christianorum non concernit, et *ecclesiastica*, si ea concernit, secularis subpartes vero sunt iurisprudentia *allodialis* et *feudalis longobardico-germanico forensis*, quarum partium prior non versatur, posterior vero versatur,
circum

circa feuda. Inter has partes sola iurisprudentia *civilis secularis allodialis*, ob nimiam eius prolixitatem, et varias alias rationes, distribuenda est in jurisprudentiam *privatam romano-germanico-forensem*, prout vel circa statum publicum germaniae versatur, vel non. Iurisprudentiae publicae germanicae subpartes sunt iurisprudentia *publica germanica stricte sic dicta* et *ius gentium europearum ad Germanos applicatum*, prout in iurisprudentia publica obuenientes veritates vel internum, vel externum statum publicum Germaniae concernunt. POSTERIORIS partis iurisprudentiae posituae Germanorum communis theoreticae, nimirum iurisprudentiae criminalis romano-germanico-forensis, subpartes sunt, iurisprudentia criminalis romano-germanico-forensis *generalis*, quae concernit delicta in genere, et *specialis*, quae concernit singulas delictorum species. Vnde haec oritur *Sciagraphia* partium iurisprudentiae posituae Germanorum communis theoreticae:

Iurisprudentia theoretica

civilis		criminalis	
secularis	ecclesiastica	generalis	specialis
allodialis	feudalis Long. Germ. forensis.		
publica germanica		priuata Rom. Germ. forensis.	
publica germanica in specie sic dicta		gentium Europaearum ad Germanos applicata.	

Praecognita specialia iurisprudentiae priuatae communis romano-germanico-forensis me auctore. Ed. sec. Halae 1779. 8.
 Henr. Io. Otto KÖNIG *Vorbereitung zu der heutigen in Deutschland üblichen gemeinen Criminalrechtsgelahrtheit*, Halle 1780 8.
Comment mea: Ueber die rechte Einrichtung eines Lehrbueches der Kriminalrechtsgelahrtheit in Diurnis Halenibus a. 1779.
num. 44 seqq.

§. 50.

Absolutis partibus iurisprudentiae positivae Germanorum communis theoreticae, sequuntur practicae iurisprudentiae positivae Germanorum communis partes, quae sunt iurisprudentia practica ciuilis, quae versatur circa negotia iuridica delicta non concernentia, criminalis romano-germanico-forensis, quae circa ea versatur. PRIORIS, nimirum iurisprudentiae practicae ciuilis, partes sunt iurisprudentia practica publica germanica, quae versatur circa publica, tam internum, quam externum, statum publicum concernentia, negotia iuridica, vel iurisprudentia practica priuata romano-germanico-forensis, quae versatur circa negotia iuridica statum publicum non concernentia. Iurisprudentiae practicae priuatae subpartes sunt iurisprudentia practica extrajudicialis et iudicialis, prout vel circa negotia iuridica extrajudicia, vel circa negotia iuridica judicialia versatur. Iudicialis iurisprudentiae practicae subpartes vero sunt iurisprudentia practica iudicialis *in specie sic dicta et theoria processus ciuilis*, prout vel circa singula negotia in praxi obuenientia, vel circa ordinem secundum quem haec negotia se inuicem subsequntur, vel iuxta se inuicem collocantur, versatur. POSTERIOR pars iurisprudentiae practicae, nimirum crimi-

criminalis iurisprudentia practica, itidem in eodem sensu diuidenda est in iurisprudentiam criminalem practicam *in specie sic dictam*, et theoriam processus criminalis. Vnde oritur haec *Sciagraphia* partium iurisprudentiae positivae communis Germanorum practicae:

Iurisprudentia practica			
ciuilis		criminalis	
publica	priuata	in specie	theoria
extrajudicialis	iudicialis	sic dicta	processus
in specie sic dicta	theoria processus		criminalis.
	ciuilis.		

Abhandlung von der praktischen Rechtsgelehrtheit überhaupt, deren Theilen, Quellen und Hülfsmitzeln, wie auch der Art und Weise dieselbe zu lebren und zu lernen me autore. Halle 1764. 8.

§. 51.

Sic absolutis partibus principalibus iurisprudentiae positivae Germanorum communis, sequuntur eius *partes minus principales* (§. 46.) Sunt duplicitis generis, dum, vel ex variis partibus principalibus compositae partes minus principales sunt, vel non nisi vnam alteramue classem veritatum, quae ad vnam eandemque iurisprudentiae partem principalem pertinent, in formam separatae disciplinae redactam, continent. Caeterum 1) *quot et quales* partes minus principales iurisprudentiae positivae Germanorum communis iam existent, historia litteraria iuridica docet; 2) *an sint necessariae vel utiles* partes iurisprudentiae positivae Germanorum communis,

ad doctrinam de methodo docendi iurisprudenciam positivam Germanorum communem remittendum est.

Praefatio mea: von den Nebenbeilen der positiven Rechtsgelahrtheit, praemissa Lud. Frid. GABKENS Grundsätzen des Dorf- und Baurenrechts. Halle 1780.

SECTIO II.

DE

FONTIBVS ET SVBSIDIIS IVRISPRVDENTIAE POSITIVAE GERMANORVM COMMVNIS.

TIT. I.

DE FONTIBVS IVRISPRVDENTIAE POSITIVAE GERMANORVM COMMVNIS.

§. 52.

Ex dictis de fontibus eruditioris §. 15. seqq. facile patet, fontes veritatum iuridicarum quae iurisprudentia positiva Germanorum communis sub ambitu suo continet, quatenus sunt principia fiendi, esse 1) leges positivas tam diuinas quam humanas quae valent in Germania; 2) speciatim quoad ius gentium Europaearum ad Germanos applicatum, pacta et foedera gentium quatenus etiam Germanos obligant, et obseruantiam gentium tam generalem, quam specialem quoad gentem germanicam et alias gentes. Ipsa rerum natura vero hoc proprie referri nequit per dicta §. 42.

§. 53.

Nec minus inde patet ad fontes quatenus sunt principia cognoscendi veritates iuridicas de quibus hic oquor, quoad 1) tales veritates quae concernunt legem

gum

gum tenorem, referri debere a) traditionem diuinam et humanam, quatenus veritates iuridicas continet, nec non b) ratiocinium. Ast quoad 2) tales veritates quae concernunt legum valorem, quem adhuc hodie in foro habent, praeter dicta principia cognoscendi et hoc facit experientia forensis.

MAY 1980

§. 54.

Hi sunt, si quid video, veri nominis fontes iurisprudentiae positivae Germanorum communis. Ast hic quoque definiendum: an et quatenus *aequitas*; *doctorum opiniones*; *testimonia doctorum de legum valore seu de praxi*, et *praeiudicia* huc referri possunt? Quod itaque attinet 1) *aequitatem*, tam *iuridicam*, quam *philosophicam*, cum de ea non hic, sed in iurisprudentia positiva generali agendum, ibi demum, an et quatenus sit principium fiendi quoad veritates iuridicas, patebit. 2) *Doctorum opiniones* vero, licet sint sic dictae communes doctorum opinione, nullo modo ad fontes scientiae nostrae referri possunt. 3) Quoad *praeiudicia* seu *praeiudicata*, id est, rerum iudicatarum exempla, et 4) *testimonia doctorum de legum valore seu de praxi* vero notandum, ea, quoad veritates de legum *tenore*, nullum habere usum, licet quoad veritates de legum *valore* sint principium cognoscendi prixin sub traditione contenutum (§. 17.); si nimurum *praeiudicia* sunt uniformia, et *doctorum testimonia de praxi*, sunt talium *doctorum testimonia* qui de *praxi* testari possunt.

Io. Burch. WOLFF de eo quod iustum est circa *praeiudicia*. Alt. 1728.

Io. Steph. FÜTTER Ob und wie weit Rechtsätze aus reichsgerichtlichen Erkenntnissen behauptet werden können in EIVS Bei-

44 I. Praec. iurispr. pos. Germ. com. generalia.

Beiträgen zum teutschen Staats- und Fürsten-Recht. Th.
2. num. XXXV.

Mich. Henr. GRIEBNER de obseruancia collegiorum iuridicorum.
Viteb. 1713.

Georg. Ad. STRVV de communi Doctorum opinione. 1661.

TIT. II.

DE SVSIDIIS IVRISPRUDENTIAE POSITIVAE
GERMANORVM COMMVNIS.

Io. HEVMANNI Apparatus iurisprudentiae litterarius. Norimb.
1752. rec. 1780. 8.

§. 55.

Quae de subsidiis eruditionis generatim dicta sunt
(§. 18. 19. 20.) valent etiam de subsidiis gene-
ralibus iurisprudentiae positivae Germanorum commu-
nis. Vnde hic tantum quoad ea quae de disciplinis
subsidiariis (§. 21. 22.) dicta sunt, quaedam addenda
de disciplinis subsidiariis iurisprudentiae positivae Ger-
manorum communis, et quidem generalibus, a quibus
distingui debent disciplinae subsidiariae *speciales* huius
vel illius partis iurisprudentiae positivae Germano-
rum communis. Sunt vero disciplinae subsidiariae
generales iurisprudentiae positivae Germanorum
communis, de quibus hic tantum agendum, *praeter*
disciplinas subsidiarias generales quoad omnes partes
eruditionis quae tales admittunt (§. 22.), secundum
principium generale §. cit. obuium, partim *histori-
cae*, partim *philosophicae*, partim *philologicae* disci-
plinae.

Io. Georg. PERTSCH de scientiis a ICto imprimis germano; ad-
discendis. Helmst. 1745.

Io. Gerh. Christ. RÜCKER Or. de subsidiis futuro ICto necessa-
riis. Gröningae 1752.

Io.

Io. Proc. WOLFF de ICto philosopho. Alt. 1728.

Petr. WARTENBERG de utilitate matheos et philosophiae in studio iuris. Hafn. 1736.

Gebh. Christ. BASTINELLER de praefatia scientiarum mathematicarum in jure. Witt. 1741.

§. 56.

Quod itaque attinet I. *historicas disciplinas* (§. 7 seqq.), variae earum ad disciplinas subsidiarias singularium partium iurisprudentiae positivae Germanorum communis referri quidem possunt, de quibus in praecognitis specialibus harum partium agendum: ast tales quae ad disciplinas subsidiarias iurisprudentiae positivae Germanorum communis generales referri possunt, non nisi hae sunt: 1) *historia iuris quo in germania utimur*, seu potius *legum positivarum Germanorum*; 2) *historia litteraria iuridica vniuersalis*, quarum disciplinarum primas lineas sequens tractatio sifit. Caeterum hic generatim notandum: *omnis historiae usum in theoria iurisprudentiae positivae Germanorum communis non nisi hunc esse*, per eam 1) *ilustrari veritates iuridicas*; 2) *fontes iurisprudentiae positivae Germanorum communis detegi*; 3) *studium eius facilitari*.

Petr. GEORGISCH Abhandlung von der Notwendigkeit der Historie in allen Theilen der Römisch - Teufischen Rechtsgelehrtheit. Halle 1736. 8.

Io. Gottl. OLEARII Pr. de historiarum et antiquitarum scienzia in iure summopere necessaria. Regiom. 1721.

Chr. THOMASII Diff. proem. de usu vario studii antiquitatum in studio iurisprudentiae romanae, praemissa SICONIO de antiquo iure Populi Romani. Halae 1715.

Io. Gottl. HEINECCII Praefatio de utilitate studii antiquitarum in iurisprudentia, praefixa PERIZONII Triad. Diff. Helae

1722

46 I. Praec. iurispr. pos. Germ. com. generalia.

1722. et in *Opusculis Eius minoribus Amst. 1738. editis pag.*
15 seqq.

§. 57.

Progedior ad II. philosophicas disciplinas (§. 10.) inter quas, praeter eas quae disciplinae subsidiariae totius eruditionis sunt (§. 22.), non nisi vna philosophica disciplina, nimirum *iurisprudentia naturalis*, huc referri potest. Caeterum de recta coniunctione huius disciplinae subsidiariae cum iurisprudentia positiva Germanorum communi monendum: *eam fieri si iuris cultor, vel ad supplendum, vel ad illustrandum iurisprudentiam positivam utitur iurisprudentia naturali.* Omnis alias usus vero est potius abusus, quam rectus usus, huius disciplinae subsidiariae et dicit ad *naturalissimum iuridicum*, eo magis vitandum, cum iuris cultor sit legum minister, et eius sit, non de le-
gibus, sed secundum leges, iudicare.

Io. Gottl. de HACKNANN *de iure naturae genuino reliquorum iurium parente.* Helmst. 1737.

Andr. Flor. RIVINVS *de finibus iuris naturalis et ciuilis.* Helmst. 1737.

Io. Fridem. SCHNEIDER *de finibus iurisprudentiae naturalis regendis.* Halae 1700.

§. 58.

Sequuntur III. philologicae disciplinae (§. 11.) quae omnino subsidiariae disciplinae iurisprudentiae positivae Germanorum communis sunt, quoad disciplinas sub philologia in sensu proprio comprehensas, tam *grammaticam*, quam *criticam*. Ast dolendum est quoad *artem criticam*, seu potius *theoriam artis criticae*, partem eius specialem, quae theo-

theoria artis criticae legalis dicenda, desiderari, quaeque iterum in *generalem* et *specialem* artem criticam legalem diuidenda, prout veritates quas sub se continet, vel generatim leges positivas in Germania valentes concernunt, vel non nisi hanc seu illam eius speciem. Haec disciplina enim si satis exulta esset, eius pars generalis praesertim ad disciplinas subsidiarias iurisprudentiae positivae Germanorum communis referri deberet. Caeterum de *vſu* philologiae, et in specie artis criticae in iurisprudentia positiva Germanorum communi, hoc principium generale notandum: *ope eius verum sensum litteralem legum positivarum quae in Germania valent eruendum esse*, dum aut interpretantur obscura; aut emendantur vitirosa, aut genuina a suppositiis atque adulterinis se iunguntur.

I. C. CLOBIUS de ICro philologo sine de studio iuris et linguarum coniungendo. Vit. 1713.

Io. Gottl. HEINECCIVS Praef. de insigni artis criticae in iurisprudentia uilitate. Halae 1723. quae BYNCKERSHOECKII Obs. iuris praemissa est.

Rud. Christoph. HENNE de *vſu* et *abusu* artis criticae in iurisprudentia. Erfordiae 1773.

L. L. C. FÜTTMANNI Prol. de caeca et illiberali sine arte critica et humanioribus litteris iurisprudentia. Lips. 1762.

§. 59.

Caeterum, quod attinet reliquias puras, et praesertim mixtas, eruditionis partes (§. 12 seqq.), nulla earum ad disciplinas subsidiarias iurisprudentiae positivae communis referri potest, nec iis disciplinis mixtis exceptis quae ex veritatibus iuridicis et aliis mixtae partes eruditionis sunt (§. 13.). Non desunt tamen, qui

Theolo

Theologiam; Medicinam, praesertim forensem; Physicam; Scientias camerales et oeconomics etc. imo indefinite litteras elegantiores ad disciplinas subsidiarias iurisprudentiae positivae Germanorum communis referre solent. Ast hi, vel errant, vel confundunt studia quae ornant iurisprudentiae cultorem, cum disciplinis subsidiariis iurisprudentiae.

Ernst. Io. Frid. MANTZEL de studiis quae iurisprudentiae studium porissimum adiuuant et ornant. Rost. 1720. sub praef. CARMONIA.

Io. Henr. MYLII Progr. de iurisprudentiae cum theologia et philosophia coniunctione. Lipf. 1715.

Henr. Ern. KAESTNER de nexus theologiae et iurisprudentiae. Rint. 1719.

Godofr. Dan. HOFFMANN de coniungendo cum studio iuris S. theologiae studio. Tub. 1763.

Io. Albr. BIRNEAVM de insigni physices in iurisprudentia utilitate. Lipf. 1721.

Abr. KAESTNER de ICto oecono. Lipf. 1740.

Georg. Conr. STOCKHAVSEN de coniunctione iurisprudentiae atque oeconomics politices et scientiae cameralis in specie. Lipf. 1768.

IDEM Pr. de ICto Musico. Lipf. 1740.

Henr. Ern. KAESTNER de nexus iurisprudentiae et medicinae. Rint. 1720.

Laur. HEISTER de Medicinge utilitate in iurisprudentia. Helmst. 1730.

Car. Christ. SCHRAMM de usu et necessitate humaniorum in iurisprudentia. Vit. 1727. 8.

Laur. Andr. HAMBERGER Comment. de utilitate ex humanioribus litteris in iurisprudentiae studio capienda. Ienae 1714. et in Eius Opusculis.

Ephr.

Ephr. GERHARD Pr. de necessaria iurisprudentiae cum philosophia et humaniori litteratura coniunctione Lips. 1715.

Aug. Lud. SCHOTT von der vorteilhaften Verbindung der schönen Wissenschaften mit der Rechtsgelehrtheit. Tüb. 1775. 8.

SECTIO III.

DE

METHODO IURISPRUDENTIAE POSITIVAE

GERMANORVM COMMVNIS IN GENERE ET METHODO
EAM DOCENDI DISCENDIQUE IN SPECIE.

Scriptores de methodo iurisprudentiae quos colligit et uno volumine sub *Cynosurae iuris* titulo edidit NICOLAVS REVSNERVS Spirae 1588. 8vo, quorum indicem exhibet STRVVIS in biblioteca iuris selecta Cap. 8. §. 11.

DUDERIANA collectio scriptorum de methodo studii iuridici sub titulo: *de ratione et methodo studiorum iuris illustrium et praestantissimorum ICiorum selecta opuscula.* Lenae 1724. 8vo, quae itidem STRVVIS l. c. recenset.

BOELLS Plan einer neuen Art die Rechte brauchbar zu lebren und auf die leichteste Art zu lernen, oder die iuristische Werkstube. Fr. und Leipz. 1778. 8.

God. Guil. L. B. de LEIBNITZ noua methodus discenda docendaeque iurisprudentiae 1668. 12. et Hala 1748. 8vo cum praefatione CHRISTIANI WOLFII.

Unvorigeistliche Gedanken von dem heutigen Zustande der bürgerlichen und natürlichen Rechtsgelehrtheit in Deutschland, deren nördlichen Verbesserung und dazu dienlichen Mitteln etc. me auctore. Halle 1749. 8vo.

Io. Iac. MOSER Algemeine Betrachtungen über das Studiren besonders der Rechte in eius Abhandlungen besonderer Rechtsmaterien. St. 13. num. 2.

Gustav. Bernhard et Otto Dav. BECKMANN Gedanken vom Reformiren des Rechtes. Halle 1749. 4.

(Syst. doctr. propaed.) D Schrel.

Schreiben eines Freundes an einen andern nach Jena, nebst einigen Anmerkungen über die Gedanken vom Reformiren des Rechts. Halle 1749. 4.

Zufällige Gedanken über einige neue Bemühungen, die Rechtsgelehrtheit zu verbessern von Joh. Georg. FABERN. Fr. und Leipzig. 1752. 8.

I. F. Z. unpartheiische Anmerkungen über die Lehr-Art in Rechts-Wahrheiten, wie auch Dan. Nettelbladrii Systema elementare iuriuersae iurisprudentiae positivae. Wolfenb. 1753. 8.

Schreiben an einen Freund über das Nettelbladische Systema elementare iuriuersae iurisprudentiae positivae von A. F. REINHARD. Frf. und Leipzig. 1757. 8.

Antwort des Freundes des Herren REINHARDTS auf sein an ihm abgelassenes Schreiben über das Nettelbladische Systema. Frf. und Leipzig. 1757. 8.

TIT. I.

DE

METHODO IVRISPRUDENTIAE POSITIVAE GERMANORVM COMMVNIS IN GENERE.

§. 60.

Praeter generales methodi diuisiones (§. 24.), quoad iurisprudentiam positivam Germanorum communem ante omnia notandae sunt *speciales methodi huius disciplinae diuisiones*, quarum prima est diuisio eius in methodum *puram* et *methodum per differentias*. Potest enim iurisprudentia positiva Germanorum communis, vel ita tractari, ut in definitionibus partibus eius eae secundum legum, quae in Germania valent, diversitatem constituantur (§. 45.), in quo casu *methodus pura* dicenda, vel ita ut partes eius

eius constituantur secundum obiecti veritatum diuer-
sitatem (§. 46.), quae methodus sub *methodi per aif-
ferentias nomine* venit.

§. 61.

Porro ad proprias methodi iurisprudentiae
positivae Germanorum communis divisiones refer-
ri potest, divisio eius in *textualem*, si in ea tractanda,
quoad ordinem veritatum, series cuiusdam legum
compilationis observatur, et, ut aiunt, *systemati-
cam*, si naturalis ordo, sicque vel *ordo iocholae*,
vel *ordo systematicus*, vel mixtus (§. 2.), observatur.

§. 62.

Est et haec quoad methodum tractandi iuri-
prudentiam positivam Germanorum communem
differentia notanda, quod in docenda ea, vel *prae-
ter partes eius principales et partes minus pri-
ncipales* constituuntur (§. 15.), vel non. Prior methodus bre-
vitas causa methodus *ad aquata*, et posterior *in-
ad equata* appellari posset.

§. 63.

Praeter has proprias divisiones methodi iuri-
prudentiae positivae Germanorum communis, praefertim hic de *applicatione methodi scientificae seu de-
monstrativa* §. 24. seqq. in tractanda hac eruditionis
parte agendum. Vbi quoad quaestionem: *an ad-
mittat banc methodum?* facilis est responsio, quod
omnino secundum hanc methodum tractari possit et
debeat iurisprudentia positiva Germanorum commu-
nis, dum regulas eius (§. 25.), et in hac eruditionis
parte locum habere posse, vix dubitari possit. Alii
alia quaestio est: *Quomodo sit applicanda* & de qua
nunc specialius quoad *definitiones* et *propositiones* ca-

*ridicas earumque demonstrationem; observationes etc.
agendum.*

Io. Vlr. L. B. de CRAMER *de optima iura docendi methodo.*
Marb. 1731. et Opusc. T. III. num. 9.

EIVSDEM *Vngrund der Beschwerden des Canzlers von Ludewig
über den methodum demonstrativam in iure.* Marb. et Opusc.
Tom. III. num. II.

Gottfr. Henr. ELEND *Meditationes ad quæstionem: virum me-
thodus demonstratiua sive mathematica in iurisprudencia ciuili
adhiberi possit.* Kil. 1739.

*Kurzer Beweis, daß der Gebrauch der mathematischen Lehrart
in der Rechtsgelehrtheit möglich sey.* Vid. Die Belustigungen
des Witzes und Verstandes. Im Jenner 1743. p. 36. seqq.

Io. Christ. CLAPROTHS *Verteidigung der mathematischen Lehr-
art in der Rechtsgelehrtheit.* Vid. EIVS Sammlung iuristisch-
philosophisch- und critischer Abhandlungen St. 2. n. I.

Chr. Frid. LAEGER *de genuina methodo iurisprudentiae civilis
ex notione legum ciuilium demonstrata.* Helmst. 1748.

*Von rechter Anwendung der demonstrativischen Lehrart in der
bürgerlichen Rechtsgelehrtheit.* me auctore. Vid. Die Halli-
sche Anzeigen de a. 1746. n. 41. 42. 43. vt et supra pag.
49. allegatum scriptum sub titulo: *unvorgreifliche Gedanken
etc.* p. 27. seqq.

Rud. WEDEKIND *Vortred zu EISENHARTS kleinen Schriften:
von den Gebrauch der mathematischen Lehrart in der Rechts-
gelehrtheit.*

Ad. Fr. REINHARDT *Gedanken über den Gebrauch der sogenann-
ten demonstrativisc en Merbode in der Rechtsgelehrtheit.* Vid.
die hannöversche Anzeigen de a. 1754. n. 49. et 50.

Anmerkungen zu den Reinhardtschen Gedanken Vid. l. c. n. 86.

§. 64.

*Quoad 1) definitiones iuridicas notandum, eas vel
legales, vel doctrinales esse: prout vel in legibus ob-
uiae*

uiae sunt, vel non, et licet priores non temere rei-
ciendae sint, iis tamen superstitione inbaerendum non
est; quum legis vim non habeant, et saepissime fal-
sae sint. Quoad posteriores vero sciendum, *vulga-*
res regulas logicas in definiendo obseruandas et hic lo-
cum babere, siveque praeſertim menti legislatoris con-
formiter esse formandas, nec de logicis definitionibus,
sed de regulis iuris loqui IAVOLENV M. 102. de Regulis
iuris dum inquit: *omnis definitio in iure civili per-*
culosa est. Caeterum licet adſit in Pandectis et De-
cretalibus Tit. de verborum significatione, nec hi tituli a studioſo iuris plane negligendi, sed legendi
relegendiique sint, eo fini tamen, ut exafciatae de-
finitiones iuridicae ex iis desumi poſſint, non inſer-
viant.

Christ. WENDINI de nobili veterum Iectorum in definitionibus ex
arte conficiendis folertia. Rost. 1588.

Frid. WILLENBERG de periculoſa definiendi ratione in iure ciuilis.
Ged. 1710.

Io. HEYMANN de definitione in iure periculosa Alta. 1745.

§. 65.

Ratione 2) propositionum iuridicarum in do-
cenda iurisprudentia positiva multum intereft eas rite
determinari, et praeſertim exceptiones evitari per rite
factum determinationem earum; id quod iterum ex
logica vulgari discendum, et hic tantum monendum,
quoties adeſt diverſorum iurium, quibus in germania
vtimur, differentia, praeſertim eo despiciendum eſſe,
ut definiatur de quo iure loquamur.

Gust. Bernh. et Otto Dav. BECKMANN Pr. von dem Gebrauch
und Misbrauch der Excepriv-Sätze, ſo wohl überhaupt, als
insbesondere in der Rechtsgelehrtheit. Halle 1749.

D 3

§. 66

§. 65.

Quoad 3) *demonstrations propositionum iuridicarum*, maxima opus est cautione ad praecaendum methodi demonstratiuae abysum. Vnde hic praeponendum, *demonstrations veritatum iuridicarum esse*, propt id genere *demonstrations veritatum quae ad eruditionem pertinent* (§. 25), vel *historicar*, vel *philosophicas* *demonstrations*. In applicatione ad veritates iuridicas vero hic notandum, ad *demonstrations historicas* pertinere *mere textuales demonstraciones*, sub quo nomine mihi veniunt, si veritas demonstranda evincitur per ipsa legum verba, quibus reliquae historicae *demonstrations veritatum iuridicarum* opponuntur: et ad *philosophicas*, tam *mere philosophica demonstraciones veritatum iuridicarum*, dum silentibus legibus positivis, veritas euincitur argumentando ex principio in ipsa rei, quam veritas demonstranda concernit, natura fundato, quam *mixtas* earum *demonstrations*, dum nimirum veritas iuridica euincitur ex principiis per leges positivas constitutis argumentando ex iis.

§. 67.

Ipsas propositionum iuridicarum *demonstrations* quod attinet, eae diverso modo formandae sunt, propt veritas demonstranda vel *legum tenorem*, vel *earum valorem quem habent in theoria et praxi iuris prudentiae* concernit. Suntque hac de re sequentes regulae notandae:

Reg. I. Si *propositio iuridica* quae demonstranda est concernit *legum tenorem*, aut adsunt *leges positivae* quae secundum *ipsa legum verba* eam

eam continent, aut non. In priori casu per demonstrationem textualem, addita, si opus est, interpretatione legis, demonstranda est, et si veritas quam propositio demonstranda continet, veritas iuridica non mere positiva, sed mixta est (§. 42.), hic etiam locum habet demonstratio mere philosophica. In posteriori casu vero, aut plane defunt leges positivae ex quibus veritas eius evinci potest, dum de eo quod demonstrandum est plane silent leges positivae, aut adsunt quidem leges positivae ex quibus evinci potest veritas demonstranda, ast non nisi argumentando ex tali lege positiva seu pluribus talibus legibus positivis. Si prius per demonstrationem mere philosophicam euincenda est veritas propositionis demonstrandae. Si posterius, per legem seu plures tales leges, mediante demonstratione philosophica mixta, demonstrari debet quod demonstrandum est.

Reg. II. Si propositio iuridica quae demonstranda est concernit legum valorem quem habent tam in theoria, quam in praxi iuridica vel, ex principiis de auctoritate diversarum legum in germania valentium, in iurisprudentia positiva generali tradendis, per demonstrationem philosophicam, vel per praecaudicia seu testimonia doctrinum qui de praxi testari possunt, mediante historica demonstratione, demonstranda est.

§. 68.

Ex his de demonstratione propositionum iuridicarum dictis patet 1) quatenus, quoad legum alterius lega-

D 4

legationem in usum demonstrationum veritatum iuridicarum, verum sit: erubescendum esse I^Cto sine lege loquenti; cuius brocardi sedes est in Nov. 18. c. 8. quodque etiam ita exprimi solet: quod lex non cantat, nec nos cantare debemus; quod in lege non cauetur, in practica non habetur; Doctor absque legibus est tanquam comes sine comitatu; ut taceam reliquos eius generis flosculos. Si enim leges plane silent, nec erubescendum est I^Cto sine lege loquenti: ast, si non silent, omnino leges sunt allegandae, et per eas veritates iuridicae demonstrandae. Ut itaque alia regula: Legem quaerere, ubi adest ratio naturalis, est infirmitas intellectus, cum praecedenti regula ita concilianda, quod haec intelligenda de casu, quo leges silent, et quo leges, ut fieri solet, quaeruntur ad corroborandum veritates vulgares, vel saltem tales veritates non iuridicas, de quibus nemo dubitat; 2) eum qui philosophatur in iure, id est, inquirit in rationes veritatum iuridicarum, non semper demonstrare veritates iuridicas, cum rationes veritatem iuridicarum saepe non nisi arbitrariae rationes sint, ex quibus non fluit propositio demonstranda, sicque latius patere philosophari in iure, quam demonstrare veritates iuridicas; 3) philosophandum esse in iure, sed paucis, nec periculosem esse hoc fieri, cum neutquam dici possit, philosophando in iure iuris cultorem incidere in naturalissimum iuridicum, (§. 57.).

Arn. Maur. HOLTERMANI sine lege monstruosus ICtus, rec.
Witt. 1745.

Iac. Frid. LUDOVICI de I^Cto sine lege loquenti. Halae 1700.

Ie. Steph. RÜTTER vom Werthe richtig bestimmter allgemeiner
Grundätze oder auch bloßer Hypothesen in der Rechtsgelehr-
beit

heit etc. in eius Beitr. zum teutschen Staats- und Fürsten-Recht Th. I. num. 1.

Henr. Ern. KESTNER de inutili legum, doctorum et bresardicorum allegatione. Rint. 1710.

§. 69.

Quoad 4) obseruationes veritatibus iuridicis praemittendas, notandum, sub earum nomine hic venire principia historica, quae, cum iis veritates iuridicae innitantur, nec tamen aliunde praesupponi possunt, iis praemitti debent. Per eas itaque tantum praecavetur, ne historicae veritates confundantur cum iuridicis.

§. 70.

Sunt et veritates iuridicae per 5) scholia adiecta illustrandae, nec non magis magisque corroborandae. Hinc ea quae ex historia, philosophia et philologia huic fini inserviunt, per modum scholiorum adiicienda sunt.

§. 71.

Ratione 6) ordinis veritatum iuridicarum hic notandum, in omnibus partibus jurisprudentiae positiae, ordinem ex ordine naturali et ordine scholae mixtum (§. 2.), obseruandum esse; siveque semper quidem praemittendum esse ex quo sequentia intelliguntur: ast tamen non minus, quantum fieri potest, coniungendas esse veritates quae idem obiectum cernunt.

T I T. II.

DE METHODO DOCENDI IURISPRUDENTIAM
POSITIVAM COMMUNEM.

§. 72.

Praeter ea quae §. 27. seqq. de methodo docendi eruditionem in genere obveniunt, ratione methodi docendi iurisprudentiam positivam Germanorum communem, quoad ea quae generatim de methodo docendi §. 30. dicta sunt, addendum, in docenda iurisprudentia positiva Germanorum communi 1) non methodo pura, sed methodo per differentias (§. 49.); non methodo textuali, sed methodo artificiali seu systematica, et praecise scientifica seu demonstrativa (§. 60.); non methodo inadæquata, sed adæquata (§. 61.), utendum esse; 2) ea quae pertinent ad sic dictam iurisprudentiam elegantiorum et antiquariorum non plane negligenda esse: ast tamen potissimum iurisprudentiae pragmaticae rationem habendam et media via incedendum esse.

Io. Heinr. FRICK Prog. Von der Notwendigkeit die besonderen teutschen Privatrechte auf Akademien zu lehren. Goett. 1768. postea annexum eius Grundsatzen des Rechts der Handwerker.

Io. Carl. von der BECK von der allgemeinen Brauchbarkeit mehrerer Theile der positiven Iurisprudenz. Goett. 1777. 8.

Christ. Godofr. HOFMANNI Oratio de triplici iurisprudentia superficiaria, oriosa et solida. Franc. ad Viadr. 1724.

Feber die schönere Rechtsgelahrtheit. Vid. Die Abhandlungen ueber die Gesetzgebung vnd Rechtsgelahrtheit. 1. Band 1. St. 2. Abh.

Ern. Marb. CULADENII Ambitus elegantioris iurisprudentiae. Vitembr. 1747.

§. 73.

Quod *speciam* attinet methodum docendi iurisprudentiam positivam Germanorum communem viua voce, siveque *praelectiones iuridicas*, de iis hic notandum eas, prout *praelectiones* in genere (§. 31.), vel *theoreticas*, vel *practicalas* *praelectiones* esse. Licet vero quae in docenda iurisprudentia positiva quoad cuiuscunque generis *praelectiones* obseruanda sunt, contenant cum dictis §. 30.: duplex tamen, quoad *species praelectionum*, hic addenda obseruatio.

Progr. meum: *Von rechter Einrichtung des mündlichen Vortrages eines Lehrers der Rechte*. Halle 1744. Vid. die unvorigeistliche Gedanken von dem heutigen Zustand etc. supra pag. allegat: Abschnitt I. Cap. 5 S. 90. seqq.

Polnische Vorschläge zur Verbesserung der iuristischen Vorlesungen auf hohen Schulen, me auctore. Halle 1750 8.

§. 74.

Prima harum obseruationum concernit *collegia theoretica*, vbi definienda haec quaestio: *quot et qualia collegia, ad cursum studii iuridici quoad iurisprudentiam positivam Germanorum communem absolvendum, requirantur?* Sunt vero collegia haec ea quae oriuntur ex *praelectionibus* in quibus explicantur I) *doctrinae propaedentiae iurisprudentiae positivae Germanorum communis*, seu *introductio in iurisprudentiam positivam Germanorum communem*; II) *iurisprudentia positiva Germanorum communis generalis*; III) *singulare partes iurisprudentiae positivae Germanorum communis specialis*, siveque 1) *iurisprudentia publica germanica*; 2) *ius gentium europaearum ad Germanos applicatum*; 3) *iurisprudentia priuata romana*.

romano germanico forensis; 4) iurisprudentia *feudalis longobardico-germanico-forensis*; 5) iurisprudentia *ecclesiastica* pontificiorum et euangelicorum; 6) iurisprudentia *criminalis* romano germanico forensis; 7) iurisprudentia *practica* romano canonico-germanico forensis.

§. 75.

Secunda harum observationum versatur circa *collegia iuridica practica*, quae sunt, prout haec collegia in genere, vel *disputatoria*, vel *examinatoria*, vel *practica in specie sic dicta collegia* (§. 32.), de quibus, in applicatione ad iurisprudentiam positivam, non nisi hoc notandum, collegia iuridica *practica in specie sic dicta* esse sic dicta collegia *elaboratoria*. Licer vero his collegiis omnem plane utilitatem denegare nolim: non possum tamen non dolere talia collegia *practica iuridica*, quae *collegia casuistica* dici possent, ad pia desideria adhuc referenda esse.

Io. Lud. SCHMIDT Praef. *EIVS rechtlichen Gutachten praemissa: von der fürtrefflichen Nutzbarkeit eines casuistischen Rechtscollegiums.*

TIT. III.

**DE METHODO DISCENDI IVRISPRUDENTIAM
POSITIVAM GERMANORVM COMMVNEM**

Christ. TWOMASENS höchsthörige Cautelen, welche ein studiosus iuris, der sich zur Erlernung der Rechtsgelahrtheit vorbereiten will, zu beobachten hat. Halle 1729. 8.

Io. Henr. ROTHERS kurzer Entwurf von iuristischen Collegiis und deren zweyübrigen academischen Abhandlung etc. Leipzig. 1745. 4.

C. B.

C. B. SCHAREFS vollständiger Unterricht für einen Rechtsbeflissenen, wie derselbe auf Academien sein Studiren vernünftig und in einer gebühren Ordnung zu bewerkstelligen hat. Goett. 1752. 8vo.

Ant. Ludw. SEIPS geprüfte Vorschläge, wie ein angehender Rechtsgelehrter in Deutschland seine Collegia nützlich einzurichten habe. Götting. 1752. 8.

Ludw. Gottl. MOGENS Anleitung zur Erlernung der Rechtsgelehrtheit. Giessen 1752. 4.

Gedanken über die tabellarische Lehrart besonders in der Rechtsgelehrtheit, in der Sammlung iur. phil. und krit. Aufsätze. Band 1. St. 2. num. I.

Io. Frid. von TRÖLTSCH praktische Regeln zur Erlernung und Behandlung der Rechtsgelehrtheit, in eius Anmerkungen und Abhandlungen in verschiedenen Theilen der Rechtsgelehrtheit. S. 1. num. II.

Ad. Frid. REINHARDTS Gedanken über die Einrichtung der iuristischen Studien auf Universitäten 1774. 4.

Fr. Aug. LOBETHAN Abhandlung von der rechten Art und Weise die Rechtsgelehrtheit und andere einem Rechtsgelehrten heut zu Tage nötige Wissenschaften auf academischen Gymnasii zu lehren und zu erlernen. Cöthen 1774. 4.

Carl Gerh. SCHWARTZ Erinnerung an die welche sich der Rechtsgelehrtheit auf eine gründliche Art widmen wollen. Lüneburg 1778. 8.

§. 76.

Ardua res est, ob insignem doctrinarum iuridicarum multitudinem et varietatem, et methodum docendi non satis bonam, in jurisprudentia addiscenda magnos facere progressus. Hinc in studio iuris, ad studium iuris feliciter perficiendum, vulgo requirunt: ferreum caput, plumbeos nates et auream crumenam, seu, ut SEBASTIAN SCHEFFER Epigramm. Lib. 2. reddidit:

Qui

*Qui cupit immensi perplexa volumina iuris
Discere, nec rabulae munus habere foro
Plumbus bunc podex, argentea pera, metallo
Et caput e chalybis frigidore decent.*

Nec mirum itaque est, tot dari huius studii deser-
tores, minimum in multos cadere pro dolor! tri-
tum illud:

*In Institutis comparo vos brutis
In Digestis nihil potestis
In Codice scitis modice
In dem Reichs Abscheid
Seyt ibr nicht kommen weit
Et tamen cremini Doctores
O! tempora O! mores.*

Quum vero ad vincendum herculeum hunc labo-
rem, multum conducat methodum discendi bonam
adhiberi, de ea hic adhuc agendum.

§. 67.

Et hic vero valent quae de methodo discendi
in genere dicta sunt §. 32. seqq. Vnde non nisi
specialia quaedam quoad iurisprudentiae positivae
studium, *in academiis tam, quam finitis studiis aca-*
demicis, addenda. Haec redeunt, quoad *studium aca-*
demicum, ad ordinem et numerum collegiorum. Quod
itaque attinet 1) *collegiorum numerum quotidie fre-*
querandorum, pro diuersitate temporis quod studio
iuris academico impendendum; capacitatis (§. 19.)
discentis, aliarumque circumstantiarum definiri de-
bet, quot collegia iuridica quotidie audienda. Quum
vero haec omnia varient, et praesertim tempus raro
fit

sit quinquennium studio iuridico a IVSTINIANO prae-scriptum in constitutione: omnem §. 2. seqq. de rat. et meth iur. disc. sed brevius tempus, intra quod praeterea et disciplinae subsidiariae absoluenda sunt, schema, quod vniuersale et immutabile, secundum quod collegia in quolibet seneſtri ordinanda, exhiberi nequit. Quoad 2) collegiorum ordinem vero, is ordo, secundum quem §. 74 se inuicem subsequuntur, quantum fieri potest, obseruandus est.

Henr. Christ. L. B. de SENCKENBERG Pr. de ordine collegiarum iuris theoreticorum et practico um. Gött. 1735.

Io. Gottl. GONNE de inuertendo iura tractandi ordine. Erlangae 1756.

Io. Abr. BIRNEAVM an et in quantum iuris studium certo annorum numero circumscribi possit. Lips.

Petr. MÜLLER de quinquennio studii iuris. Ienae 1689.

Io. Christ. Frid. MEISTER über das iuristische Studium besonders auf Akademien. Berlin und Strals. 1780. 8.

Kurze Antweisung die Rechtsgelahrtheit auf Universitäten zu erlernen. Erlangen 1770. 8.

§. 78.

Porro finitis studiis academicis, quoad ulteriores in studio iuridico progressus, a iuris studio idem obseruandum, quod a quolibet secundum dicta §. 37. seqq. obseruandum est. Singularia quae hic obveniunt concernunt praxeos cum theoria coniunctionem et studium iuris patris, de quibus quedam addenda.

Observ. mea: Von der rechten Einrichtung einer gelehrt iuristischen Reise in den Hallischen Beiträgen zur iuristischen gelehrt Historie T. I. P. IV. num. 3.

Von

64 I. Praec. iurispr. pos. Germ. com. generalia.

Von der zweckmässigen Zeitanwendung eines Juristen unmittelbar nach den Universitäts- Jahren, in den gemeinnützigen iuristischen Beobachtungen und Rechtsfällen. Band L num. II.

§. 79.

Fit praxeos iuridicae cum theoria iuris coniunctio finitis studiis academicis 1) legendō acta iudicialia et scripta iuridica casistica de quibus infra; 2) quaerendo occasionem actuum iuridicorum, maxime solennium, expeditionem videndi; 3) instituendo practica exercitia sub inspectione et directione practici celeberrimi; 4) colligendo acta, diplomata et id genus alia ex Mscptis.

God. MASCOV Pr. de usu iuris cum scientia coniungendo. Gött.
1735.

§. 80.

Studium iuris patrii, hoc est, iurisprudentiae positivae Germanorum particularis (§. 39.) partim circa 1) nouas disciplinas subsidiarias, quae sunt a) *bistoria patria*, praesertim *bistoria iuris patrii*, et b) *bistoria litteraria* quoad scriptores et scripta iuris patrii: partim circa 2) ipsum ius patrium, versatur. Ratione ipsius iuris patrii vero omnia eo redeunt, ut differentias iuris communis et iuris patrii sibi cognitas reddat, qui nunc iuris patrii studium cum iuris communis studio coniungit.

Io. SAM. BRVNQVELL eröffnete Gedanken von dem teutschen Stadts- und Landrechte und dessen vorwendigen Excolirung. Lense 1710. 8. et in EIVS Opusculis Vol. I. num. II.

§. 81

§. 81.

Hac docendi discendique iurisprudentiam positivam methodo adhibita, cessabunt infinitae de iurisprudentiae, non nisi abutentum vitio viriosae, naevis, defectibus et incertitudine quaerelae, remotis sic solidioris iurisprudentiae impedimentis. Qui ita docent Antecessores, arduo suo muneri satisficiunt, et cupida legum iuuentus, quae hac in descendendo incedit via, confidere potest spem impleri cum qua eam IVSTINIANVS in *Proem. I. §. 7.* sic dimitit: *Summa itaque ope et alaci studio has leges nostras accipite, et vosmetipsoe sic eruditos ostendite, ut spes vos pulcherrima foueat, toto legitimo opere perfecto, posse etiam nostram Rempublicam in partibus eius vobis credendis gubernari.*

*De iurisprudentiae naeviis Dissertatio ab Lud. Ant. MVRATORI
italico idiomate primum elucubrata, nunc latine donata a P. Bernh.
HIPPER. Pedeponti MDCCCLIII. 8.*

Georg. Henr. AYRERI *Prol. de iurisprudentia non nisi abutentium vitio viriosa, ad temperandum Cel. Muratorii de naeviis iurisprudentiae sententiam, ab Isalis ICris nonnullis illos vel plane negantibus, vel solum extenuantibus, impugnatam.* Vid. EIUS Opusc. Sylloge noua n. VIII.

Io. Salomo ERVNNQVELL *Prolusio: de praecipuis solidioris iurisprudentiae Impedimentis.* Ienae 1728. Vid. etiam EIUS Opusc. EIUS Tom. I. num. XII.

Ernst. Ioach. de WESTPHALEN *de origine et medela corruptae iurisprudentiae et iustitiae; accedit biblioteca consiliorum ab a. 1555. usque ad a. 1726. de emendandis iustitiae et iurisprudentiae naeviis.* Rost. et Lips. 1727. 800.

(*Syst. doctr. propaed.*)

E

10:26

66 I. Praec. iurispr. pos. Germ. com. generalia.

IDE^M de patriae academiarum defectibus et praerogatiis in iurisprudentia cum priuata cum publica. Halae 1732. 4.

Io. Wilh. de GOEBEL Or. de causis corruptae iurisprudentiae eiusque fatis. Helmst 1717.

Io. Petr. de LUD^EWIG Or. de emendanda germaniae iurisprudenzia. Hal. 1713. Extat in eis Opusc. oratoriis p. 81. seqq.

Chr. Godofr. HOFFMANNI Pr. de origine et causis querelarum de corrupta iurisprudentia. Lips. 1718. 4.

Ger. NOODT Or. de causis corruptae iurisprudentiae. Ultraj. 1684. 8vo. et inter eis Opera T. I. pag. 656.


Everh. OTTONIS Or. de arduo antecessoris munere. Trai. 1730. recusa Halae 4.



II. HI.

II.

HISTORIA
LEGVM POSITIVARVM
GERMANORVM.



PRAECOGNITA
HISTORIAE LEGVM POSITIVARVM
GERMANORVM.

§. 82.

Inter doctrinas propaedeuticas iurisprudentiae positivae Germanorum, nunc sequuntur eae quae constituunt *historiam legum positivarum Germanorum*, id est, earum legum positivarum quae, aut olim habuerunt, aut adhuc hodie habent, valorem in theoria et praxi iurisprudentiae positivae Germanorum.

§. 83.

Est haec disciplina, prout omnis historia iuris, pars historiae stricte sic dictae, et speciatim eius partis eius quae sub nomine *historiae rerum publicarum* (§. 8.) venit. Inter facta enim circa quae versatur haec pars historiae, sunt talia quibus leges positivae originem et mutationes debent. Si haec facta separantur a reliquis, inde oritur ea disciplina historica quae appellari solet *historia iuris*, potiori iure vero *historia legum* dicitur, et, si restringitur ad leges positivas in germania valentes, *historia legum positivarum Germanorum*.

§. 84.

Secundum infra dicenda varii generis leges positivae in germania valuerunt et adhuc valent, indeque variarum legum, seu varii iuris pro complexu

70 II. Hist. leg. posit. Germanorum.

plexu legum sumti, historia hic tradenda, nimirum iuris *diuini* et *humani* tam *domestici* seu *germanici*, quam *peregrini*, sicque iuris *romani*, *canonico-pontificii* et *feudalis longobardici*, ita ut ad leges germanicas in latiori significatu hic etiam referri debeant *pacta* et *foedera germanicae nationis*.

§. 85.

Quod attinet fontes huius disciplinae, ii sunt fontes 1) *bistoriae eius reipublicae*; cuius leges sunt quarum historia tradenda, 2) *bistoriae ecclesiasticae*, sive que proprii butus partis *bistoriae* fontes non dantur.

§. 86.

Porro et *subsidia* huius studii conueniunt cum *subsidiis* studii *historici in genere*. Quae cum hic non repetenda, non nisi de unico *subsidio*, nimirum *notitia scriptorum historiae iuris*, hic agendum.

§. 87.

Sunt vero scripta *historiae iuris*, vel *compendia historiae iuris*, vel *scripta de singulis argumentis historiae iuris* suis locis alleganda *Priora*, vel, si non omnes, tamen potiores partes *historiae iuris* quibus per Germaniam utimur, simul tractant, vel non nisi hanc seu illam eius partem. Compendia prioris generis *generalia*, posterioris generis *compendia vero specialia*, compendia *historiae iuris* appello.

§. 88.

Inter *compendia historiae iuris generalia* optimae notae notanda sunt haec:

Sam.

- Sam. REYHER *Historia iuris uniuersalis.* Lubec 1708. 4.
 Aug. de BALTHASAR *Historia iuris uniuersi tam diuini quam
humani in tabellas redacta.* Gryph. 1753. 4.
 Burch. Gottl. STRVVE *bistoria iuris.* Ienae 1718. 4.
 Chr. Gottl. HOFFMANNI *Historia iuris.* Lips. 1734. 4.
 Io. Sal. BRVNQVELL *bistoria iuris Romano-Germanici.* Iena
1727. Amstel. 1730. 1738. 1740. Frf. 1742. 8.
 Io. Gottl. HEINECCII *bistoria iur.* ciu Rom. et Germ. Halae
1733. Lugd. 1740. 1748. Argent. 1751. 1765. Neapol. 1764. 8.
 Io. Ad. KOPP *bistoria iuris,* quo bodie in Germania vrimur.
Marp. 1741. 1750. 8.
 Io. Aug. HELLFELD *bistoria iuris germanici et canonico-pontifici.* Ien. 1741. 8.
 Io. Christ. RUDLOFS *Entwurf einer allgemeinen Geschichte der
in Teutschland geltenden Reichsgesetze.* Erl. 1778. 8.
 Io. Henr. de SELCHOV *Geschichte der in Teutschland geltenden
fremden und einheimischen Rechte.* Edit. 3. Goett. 1778. 8.
 Christ. Frid. Imman. SCHORCH *delineatio historiae iur. ciuil.
Rom. et Germ.* Gotha 1766. 8.
 Carl. Frid. WALCH *Grundris der Geschichte der in Teutschland
gelienden bürgerlichen Rechte.* Iena 1780.

§. 89.

Ad *specialia compendia historiae iuris,* quae
praesertim notari merentur, pertinent:

- Io. Aug. BACHII *bistoria iurisprudentiae romanae.* Lips.
1754. 8.
 Rud. Frid. TELGMANN *Einleitung zu der Historie der römi-
schen Rechtsgelahrtheit.* Salzwedel 1730. Gött. 1736. Leipzig.
1780. 8.
 Friderici FLATNERI *bistoria iuris scientiae ciuilis Romanae et
Byzantinae.* Lips. 1760. 8.
 Ignat. MULZER *bistoria legum ecclesiasticarum positivarum.*
Bainb. 1772. 8.

Io. Georg. FERTSCH kurze Historie des Canonischen und Kirchenrechts 1753. 8.

Geschichte des canonischen Rechtes bis auf die Zeiten des falschen Isidor. Halle 1778. 8.

Abhandlung von der Geschichte der wichtigsten deutschen Reichsgrundgesetze. Franc. und Leipzig 1767. 8.

§. 90.

Duplex in docenda historia iuris possibilis est *methodus*. Altera qua secundum diuersitatem iurium quibus in Germania utimur: altera qua simpliciter, non attenta iurium diuersitate, secundum ordinem chronologicum docetur. Prior est visitior; posterior vero utilior.

§. 91.

Quod si itaque secundum ordinem chronologicum recensenda sunt iurum, quibus in Germania utimur, fata, primo de iure *antediluviano* paucis agendum, tuncque *iuris postdiluviani* historia tradenda.

PARS I.

DE IVRE ANTEDILUVIANO.

§. 92.

Quae ante diluvium vniuersale latae sunt leges positivae, omnes DEVM auctorem habent, et per reuelationem diuinam innouerunt. Vnde haec periodus non nisi leges *positivas diuinias* sistit, de quarum diuisione in *vniuersales et particulares*, nec non *m Morales, ceremoniales et forenses*, non hic, sed in *iurisprudentia positiva generali*, agendum.

§. 93.

§. 93.

Dedit vero DEVS hominibus leges positivas iam *ante lapsum*, quibus aliae *post lapsum* accesserunt. Virasque DEVS immediate hominibus reuelauit, in quo conueniunt: ipsae legum dispositions vero inter se differunt pro obiecti diuersitate.

§. 94.

Quum in his primis lineis historiae iuris, singularia harum legum posituarum diuinarum species non sint recensendae, exempla quaedam earum allegari sufficit. Sic ad leges diuinias positivas *ante lapsum latas*, referri debent leges de *abstinendo ab arbore boni et mali* GENES. II, 17; de *sanctificando Sabbatho* GENES. II, 23, etc. Leges diuinae *post lapsum promulgatae* vero sunt e. g. leges de *imperio mariti in uxorem* GENES. III, 16.; de *Sacrificiis* etc.

PARS II.

DE IVRE POSTDILUVIANO.

§. 95.

Sequitur, absoluta breuissimis iuris antediluviani historia, iuris postdiluviani historia (§. 92.). In hac historiae iuris parte tempus *ante natum Christum* et *post natum Christum* ideo a se inuicem separandum, quoniam ad ius postdiluvianum omnium iurium humanorum historia pertinet, inter quae ius canonico-pontificium non ultimum occupat locum, cuius ortus incidit in tempus post natum Christum.

SECTIO I.

DE

IVRE POSTDILUVIANO ANTE NATVM
CHRISVM ORTO.

§. 96.

Cum in historia iuris praesertim historiae *iuris Romani* ratio habenda, tempus post diluvium usque ad Christi nativitatem diuidendum in tempus *ante conditam urbem Romanam*, et *post eam conditam*.

EPOCHA I.

AB EXACTO DILUVIO VSQVE AD TEMPVS
VRBIS ROMAE CONDITAE.

§. 97.

Leges positivae hoc tempore ortae sunt partim *diuinae*, partim *humanae*. Quoad humanas vero sigillatim de eorum populorum, qui hoc tempore *Asiam*, *Africam* et *Europam* inhabitarunt, legibus agendum.

§. 98.

Quod itaque attinet I. DIVINAS huius aeui leges, eo referri debent; 1) vulgo sic dicta *septem precepta Noachica*; 2) leges a DEO, partim ante exitum ex Aegypto, post post hunc exitum in deserto, per Mosem datae, quae *leges Mosaicae* dicuntur. Sunt vero qui et 3) *Iosuae*, *Iudicum* et *Regum Israelitarum* atque *Iudeorum* qui hoc aevo regnarunt, cum sub dire-

directione diuina latae sint, ad leges diuinas referunt.

IO. FRIES de fatis et rationibus legum Mosicarum generalibus.
Ienae 1707.

§. 99.

Quae hoc tempore ortae sunt leges II. HUMANA apud 1) Asiae et Africæ populos, sunt CHALDEORVM et AEGYPTIORVM leges. Ast, quum hæ leges nullum habeant in iurisprudentia positiva Germanorum vium, plura de iis non addo.

Henr. Godfr. SCHEIDEMANTEL legum quarundam Aegyptiorum cum articis spartanisque comparatio. Ienae 1761. 8.

§. 100.

Licet vero 2) Europæ populi his temporibus adhuc in maxima barbarie vibebant, inter eos tamen GRAECI iam nunc sapuerunt, et legibus positivis sunt vñi. Sunt vero eae pro diuersitate Rerumpublicarum Graeciae diuersæ, sive aliae leges LACAEDEMOMIENSIVM, aliae ATHENIENSIVM, inter quas leges LACAEDEMOMIENSIVM a LYCVRGO, iam anno mundi 3170. latae, hic notandæ sunt.

Wilh. Gottl. VANGEROW de gracie legislatoribus Halae 1765.

EPOCHA II.

AB VRBE ROMA CONDITA VSQVE AD NATIVITATEM CHRISTI.

§. 101.

A condita A. M. 3262. vrbe Roma vsque ad natuitatem Christi, praeter leges Romanas, et aliae leges positivæ quidem sunt ortae et prioribus accesserunt. Praesertim vero, præ reliquis notandorum

rum legum romanarum, siveque HISTORIAE IURIS ROMANI, initium, in haec tempora incidit. Vnde, praemissis aliarum legum fatis, praesertim de legum romanarum fatis hic agendum.

§. 102.

Quoad alias leges praeter romanas notandum:

- 1) a Regibus Israelitarum et Iudeorum latae sunt porro leges sub diuina directione, quae ideo ad diuinias referri solent (§. 98.); 2) apud reliquos Asiae et Africæ populos nouae humanae leges sunt ortae; et
- 3) inter Europæ reliquos populos praeter Romanos, apud Graecos non multo post urbem Romam conditam DRACO, post eum vero SOLON, Atheniensium rempublicam legibus instruxerunt, ille A. M. 3389. hic vero A. M. 3402.

Dan. Frid. JANVS de Dracone legislatore Atheniensi. Lips. 1707.

Io. Frid. MENTZIUS de Solonis legibus. Lips. 1701.

§. 103.

Quod vero attinet romanas leges, antequam ipsa historia huius iuris tractanda, praemonendum

- 1) hoc praesertim spectare titulum Pandectarum de origine iuris Lib. 1. Tit. 2. et Codicis de veteri iure enucleando L. 1. T. 17.; 2) quoad historiam iuris romani triplex ius, quo Romani usi sunt, esse a se inuicem distinguendum, nimirum a) ius naturale; b) ius gentium; et c) ius ciuile ex mente IICTORUM romanorum. Haec diuisio iraque, ad quam pertinet Tit. 2. Lib. 1. Institutionum de iure naturali, gentinm et ciuili ante omnia hic explicanda, tumque, cum historia

ftoria iuris romani tantum concernat iuris *civilis* romani varias species, earum historia delineanda.

Gottl. STVRM de Iustiniano in definiendo iure naturali et divino summo artifice. Vitenb. 1732.

Gottl. KORTTE de iure quod natura omnia animalia docuit. Lips. 1727.

§. 104.

Erat antem Romanis ius NATVRALE illud ius, quod omnibus animalibus, sive hominibus et brutis, commune, quare VPIANVS l. 1. §. 3. ff. de Inf. et iure inquit: *Ius naturale est quod natura omnia animalia docuit.* Nam ius istud non humani generis proprium sed omnium animalium, quae in terro, quae in mari nascuntur, cuius quoque, commune. Hinc descendit maris et foeminae coniunctio, quam nos matrimonium appellamus; hinc liberorum procreatio, hinc educatio: videmas enim coetera quoque animalia, feras etiam, istius iuris peritia censerii.

§. 105.

POTRO ius GENTIVM Romanis erat illud ius, quod hominibus, ast omnibus, proprium. Vnde VPIANVS dicta l. 1. §. 4. addit: *Ius Gentium est, quo gentes humanae utuntur.* Quod a naturali recedere facile intelligere licet: quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune est, et IMPERATOR §. 1. l. de Iur. Nat. Gent. et Civ. ait: illud apud omnes homines peraeque custodiri, vocarique ius Gentium, quasi quo iure omnes gentes utantur.

§. 106.

Tandem ius CIVILE in oppositione ad ius naturae et gentium Romanis erat ius hominibus quidam,

dem, ast non nisi iis qui certum quendam populum constituebant, proprium. *Nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium ciuitatis est, vocaturque ius ciuale, quasi proprium ipsius ciuitatis,* sunt verba GAII l. 9. ff. de I. et. I. In hoc sensu itaque ius ciuale differebat pro populorum diueritate, vnde aliud ius ciuale est ius ciuale *Atheniensium* aliud *Romanorum* etc.

§. 107.

Quod nunc attinet *iuris ciuilis Romanorum* historiam, primo de eo iure ciuali quo Romani usi sunt in STATV REGIO ab A. V. C. 1. usque ad 144. agendum. Quamdiu vero Romani sub Regibus vivebant, solus Rex in republica romana supremus Magistratus erat, sicque ea hoc tempore Monarchia limitata fuit. Regi adiuncti erant Senatores, *Patres* dicti, quorum posteri sub *Patriciorum* nomine inclaruere, reliqui ciues vero sub *Plebeiorum* nomine veniebant. Hi reges itaque exercebant potestatem legislatoriam, ast tamen non sine populi in comitiis concursu, quem in finem is a ROMVLO in *curias a SERVIO TULLIO* vero in *centurias*, diuisus erat, indeque comitia *curiata* et *centuriata* sunt orta. Quae sic ortae sunt leges, *LEGES REGIAE* dicuntur, sunt quae leges romanae a regibus praeuia approbatione populi in comitiis latae, easque, licet non omnes, PAPIRIVS collegit postquam Reges iam electi erant, indeque IUS PAPIRIANVM ortum, quippe sub quo nomine haec collectio venit. Leges regiae itaque sunt vnica species iuris romani scripti in statu regio orta.

Georg.

Georg. Christ. GEBÄVER *Romulus obseruationibus varii generis illustratus.* Lips. 1719. et in eius Exercit. academicis varii generis Vol. I. num. 1.

IDE^M Numa Pompilius obseruationibus varii generis illustratus.
Ibid. 1719. et l. c. num. 2.

IDE^M Tullus Hostilius obseruationibus varii generis illustratus.
Ibid. 1720. et l. c. num. 3.

Aemil. Ludw. HOMBERG zu VACH de legibus Seruii Tullii quibus ex Reges obtinperarunt. Marb. 1742.

Io. Henr. MOLLENBEC de iure Papiriano quod apud Quirites antiquissimum ad l. 2. D. de O. I. Ciesiae 1697.

Christ. Frid. GLÜCK de iure ciuili papiriano liber singularis. Accedit Io. Henr. MOLLENBECII disputatio ad idem argumentum spectans. Halae 1780. 8.

§. 108.

Vliteriora fata iuris romani sunt ea quae habuit exactis A. V. C. 244. Regibus sub libera republica. Nunc enim mutata est forma reipublicae romanae, non tamen, ut vulgo putant, in *democratiam perfectam* quam vsque ad Caesares, sive fere vsque ad tempus nativitatis Christi, durasse, asserunt. Fuit potius forma reipublicae Romanae, quae nunc *libera respublica* appellari solet, hoc tempore varia, et quoad statum legalem notandum Romanos, postquam per aliquot tempus post electos Reges iure incerto vni sunt, tandem magis certo iure vii ceppisse, dum vi potestatis leges ferendi, quae penes uniuersum populum erat, et successu temporis etiam plebs, pars populi, sibi arrogabat, varias nouas leges condebant, quae reduci possunt ad haec summa genera quod sint, vel tales quae sub *iurisciuilis stricte*

sic

sic dicti, vel tales quae sub *iuris honorarii* nomine
veniunt.

Adrian STEGER de lege tribunicia et inde enato iure incerto ad
l. 2. §. 3. D. de O. I. Lips. 1736.

Gustaus MYLIVS de iure Romanorum incerto Lips. 1753.

§. 109.

Iuris civilis stricte dicti species sub libera repub-
lica erant I. LEGES STRICTE SIC DICTAE, sub quo nomine
veniunt eae leges quae in comitiis romanis constitu-
tae. Sunt vel *leges in sensu strictissimo*, vel *leges tribuni-
tiae*, quae uno nomine *plebiscita* dicuntur, prout
vel in comitiis yniuersi populi, magistratu maiori
cui potestas cum populo agendi data erat, veluti
Consule, Praetore, Dictatore, rogante, vel in co-
mitis tributis plebis, Tribuno plebis rogante, latae
sunt. Singulae hae legum species per annum vr-
bis conditae a se inuicem distinguuntur, nisi lex sit
incertae aetatis, quales sunt variae. Praeterea ab
illo qui rogauit, praesertim si sunt Plebiscita, et a
materia, nomen habent. Licet vero soleant singu-
lae hae leges in compendiis historiae iuris secundum
temporum, quibus latae, ordinem recenseri et eo-
rum capita tradi, haec methodus tamen mihi non
videtur satis apta. Sunt potius in ipso systemate
iurisprudentiae ibi, vbi iuris caput de quo cauent
obuenit, allegandae et explicandae, indeque hic
tantum quarundam earum, praesertim legum duo-
decim tabularum, mentio facienda.

§. 110.

Sunt nimirum, praeter leges duodecim tabu-
larum, leges romanae stricte dictae huius aeu-
e. g.

e. g. sic dictae *Leges sacrae*; *Lex Valeria*, *Publilia*, *Ateria Tarpeja*, *Hortensia*. ipsas leges duodecim tabularum vero quod attinet, per eas potissimum sub libera republica certum ius in causis priuatis introductum est. Tandem enim post varias populi de incerto iure quaerelas et altercationes cum patriciis, A. V. C. 300 consilium leges peregrinas recipiendi captum expeditumque est. Missis itaque tribus legatis qui florentissimarum Graeciae ciuitatum leges (§. 102.) describerent et mores sibi cognitos redherent Romanique reportarent, iis reuersis Decemviri creati sunt legum scribendarum causa. Hi itaque ex legibus graecis, aliisque legibus apud Romanos adhuc usitatis, decem tabulas leges continentes composuerunt, quibus postea due tabulae accesserunt, haecque duodecim tabulae in comitiis centuriatis promulgatae sunt, et leges quas continent sub legum duodecim tabularum nomine veniunt.

Fr. PLATNER de legibus sacrae. Lips 1751. 8.

Christ. Henr. SCHMIDT de lege Ateria Tarpeja. Lips 1760.

Io. Lud. QUENTIN de lege Hortensia. Gott. 1753.

Guil. Fr. KREIDEMANN Diatr. qua Romanorum consilium ad ciscendi graecarum ciuitatum leges defnsatur. Ienae 1746.

Iac. VOORDA de prudenter Romanorum in cendendis XII. Tabb.

Vid. EIUS Electa.

Io. Henr. MÖLLENBEC de legibus decennalibus. Gissae 1700.

Ev. OTTO de LL. XII. Tabb. Vid. EIUS Comm. ad Instit.

Aug. Frid. SCHOTT in vindiciis Pomponii de materia LL. XII.

Tabb. Lips. 1765. et in EIUS Opusc. 257.

Cottl. WERNSDORF Obseru. de materia XII. Tab. Witt. 1771.

§. III.

Porro ad species iuris ciuilis stricte sic dicti iam hoc tempore orn II. SENATVS CONSULTA referri posse,
(Syst. doctr. propaed.) F nullus

nullus dubito, licet earum naturam et indolem sequentibus temporibus mutatam esse negari nequeat, eaque de iure priuato sub libera republica facta esse non videantur. Dicebantur vero hoc tempore *Senatus-consulta* leges, non in comitiis, sed per solius senatus conclusum, latae; id quod autem non nisi quoad leges, eas partes potestatis civilis, quae sub libera republica priuatue senatus reseruatae, et quae ei absque reliquorum ciuium concursu expedienda commissa, concernentes, fieri poterat.

Rud. Christ. HENNE de vi et auctoritate *senatusconsultorum*

Erf. 1773.

Ernest. Mart. CHLADENIUS de *Senatusconsulto tacito*. Vitteb,

1742.

§. 112.

Sequitur III. AVCTORITAS PRUDENTVM, quae species iuris civilis stricte sic dicti originem debet sic dictis Prudentibus apud Romanos. Hi enim in erundo genuino sensu non substiterunt, sed legislatores potius, quam interpretes, egerunt. Quum vero hoc ius a legislatore non profectum, per se vim obligandi non habebat, sed usu demum accidente illam accipiebat, inde etiam *recepta sententia; receptum ius, receptus mos; ius quid sine scripto in prudentum auctoritate consistit*, ut et *ius commentitium* dicitur. Porro et *ius ciuile in strictissimo sensu* appellatur, quoniam caeterae iuris civilis partes proprium nomen habent. Quoad huius iuris species vero notandum, illud, cum totum originem debeat Prudentibus, ab auctore in species diuidi non posse, nec propriè dici posse *legis actiones et actus legitimos*, vt et sic

sic dictum *ius Aelianum* et *Flavianum* esse eius species, licet originem ei debeant legis actiones et actus legitimi, totusque in genere formularum et rituum, quibus Romani vtebantur, apparatus, de qua re in historia litteraria iuridica agendum

Elias de VRIES de iure ciuili seu tercio iuriis fonte Lud. Bat.
1748.

C. A. REVFFEL Progr. IV. Historia auctoritatis prudentium
apud Romanos. Helmst. 1767. 1768.

Io. Georg. FICHTNER de iure commentatio. Alt. 1723.

§. 113.

Ad iuris ciuilis stricte sic dicti species quoque
IV) AVCTORITAS RERVM IUDICATARVM siue DISPUTA-
TIO FORI referri debet. Complectitur illud ius
quod ad decidendas quaestiones maxime controuer-
tas a iudicibus excogitatum, et quamquam de eo
disceptatum, tamen similiter vbiique retentum, ut
tandem tacito populi consensu legis vim natum esse
videtur. Vnde patet cur hoc ius *disputatio fori*
nominari soleat, et has disputationes quam maxime
differe a dissensionibus iureconsultorum.

Io. Aug. HELLFELDT de disputationibus fori. Ienae. 1739. et
in EIVS Opusc. num. 11.

Gottl. SLEVOGT de disputatione fori. Ienae 1724. et in Opus-
culis de factis et philosophia ICorum n. VIII.

Coel. Aug. IVST Ep. de disputatione fori. Lips. 1775.

Carl. Frid. ZEPERNICK Diatriba; De rerum perperuo similiter
iudicatarum auctoritate, fori disputationis nobilissima specie. Vid.
EIVS editio Io. Petr. SICCAMA de iudicio centumvirali.
Halae 1776.

§. 114.

Tandem V) *mores maiorem* sunt species iuris ciuilis stricte hic dicti Sub *morum maiorum* nomine vero proprie venit ius, quod originem trahit ex actis et gestis subditorum; sicque ab auctoritate prudentum et rerum iudicatarum differunt mores maiorum in eo, quod, licet et illae species vim legis per usum et receptionem acceperint, non tamen ex actis et gestis subditorum, sed ex legum interpretatione et applicatione a prudentibus et iudicibus facta, originem traxerint.

10. Gottfr. RICHTER de moribus maiorum antiquissimo iuris Romani fome. Lips. 1744.

§. 115.

Sic absolutis speciebus iuris ciuilis stricte sic dicti, progredior ad *ius honorarium* (§. 108.), quod omnia MAGISTRATVVM EDICTA sub se comprehendit. Cum itaque variae magistratum species apud Romanos essent, et quilibet Magistratus edicebat, huc pertinent diuersa edicta, quae a diuersis magistratibus diuersa habent nomina Inter haec praeferim notanda sunt EDICTA PRAETORVM et AEDILIVM CVRULIVM, ex iisque enatum IUS PRAETORIVM et IUS AEDILITIVM. Nimurum Praetor erat is Magistratus, qui constitutus erat potissimum ad ius dicendum inter ciues, qui itaque, ut reliqui magistratus, edicebat, sicque notum faciebat ciuibis per edictum in albo propositum, quomodo durante Praetura ius sit dicturus. Haec edicta quae initio Magistratus proponebantur ordinaria vocabantur, iisque repentina, quae necessitate exigente durante officio conscribebantur, opposita erant, et quoniam Aediles curules etiam

etiam iurisdictionem, imprimis de rebus in foro venalibus, exercebant, eius causa similiter edicta sua proponebant. Licet vero penes Magistratus apud Romanos non erat legislatoria potestas, edicta eorum tamen pro iure valebant, in honorem eorum a quibus proposita erant; et quando vnum alterumue caput edicti a successoribus similiter obseruatum et in sua edicta receptum, sique *tralatitium factum* erat, diurno vsu ex tacito populi consensu vim legis conseqebatur. Sic itaque, licet tantum supplendi ius civile stricte sic dictum, non vero illud abrogandi, potestas Magistratibus competit, saepe tamen per eorum, praesertim Praetorum, edicta, ius civile stricte sic dictum, saltim per indirectum, mutatum est variis adhibitis coloribus.

Io. Gottl. HEINECCIUS *Historia edictorum in eius Op. Posth.*

Gottl. KORTE *vindiciae praetoris Romani et iuris honorarii.*

Lipf. 1730. Resp. Io. RICHEI sub cuius nomine etiam prodierunt hae vindiciae Amstel. 1740. 8.

Chr. Henr. BREVNING *de praetoribus et iure honorario euerforibus iuris civilis.* Lipf. 1752.

SECTIO II.

DE IVRE POSTDILUVIANO POST NATVM CHRISTVM ORTO.

§. 116.

Vt haec pars historiae legum posituarum Germanorum distincte tradi possit, variae epochae sunt constituendae, et cum reliquorum iurium quibus in Germania, praeter ius romanum, vtimur, origo in hoc tempus incidat, nunc secundum ho-

F 3

rum

rum iurium diuersitatem, cuiuslibet horum iurium historia, separatim tractanda.

EPOCHA I.

A NATO CHRISTO VSQVE AD MAGNAM
GENTIVM MIGRATIONEM.

SEC. I. — V.

I.

HISTORIA IVRIS ROMANI.

§. 117.

Ilegum romanarum vltiora fata quae habuerunt hoc tempore, concernunt partim *legum romanarum praecedentium vicissitudines*; partim *nouas leges romanas nunc ortas*; partim *collectiones legum romanarum*.

§. 118.

Quod igitur ad I) prius argumentum spectat,
1) *Leges in specie sic dictae* (§. 109.) adhuc sub AVESTRO, pristinae libertatis et reipublicae imaginem servante, in comitiis latae sunt, vti leges *Tulia de adulteriis*; *Papia Poppaea* aliaeque, commonstrant. Sub TIBERIO per breue tempus idem obseruatum, sed tandem ab eo ille mos sublatus, et in curia *Senatus-consultis* expeditum est id, quod olim comitorum causa fuit, neque postea illa consuetudo legum ferendarum restituta est.

§. 119.

De 2) *Edictis Magistratum* (§. 115.) vero tenendum, talia Praetores sub Caesaribus ad HADRIANVM vsque

usque quotannis proposuisset, idemque fecisse Magistratus in prouinciis; attamen libertatem edicendi Imperatorum temporibus circumscriptam fuisse, atque hos mandatis suis, quid edictis, imprimis provincialibus, inferendum esset, praescripsisse. Post HADRIANI auspiciis conditam collectionem edictorum seu *Editum perpetuum* vero, magistratum urbano-rum edicta cessarunt, ast prouincialia edicta manserunt. Caeterum in hanc Epocham *Edita Praefectorum Virbi*, et *Praefectorum Praetorio* incident.

§. 120.

Porro 3) *Auctoritas rerum iudicatarum* s. *Disputatio fori* (§. 113.) sub Imperatoribus neutram delit, mirifice potius aucta est, et quemadmodum in iudiciis magistratum obuenit, eorumque sententiis stabilita, ita praecipue nunc decretis imperatorum propaga est, adeo ut memorabilem fontem iuris civilis constitueret.

§. 121.

Quoad 4) *Auctoritatem prudentum* (§. 112.) vero monendum, eam quidem AVGVSTI instituto, quo certis quibusdam Iurisconsultis potestatem de iure respondendi concessit, eo effectu, ut iudices ab iis responsis recedere non possent, magnam mutationem expertam esse: verumtamen indolem huius fontis eandem mansisse. Neque enim ipsae opiniones et sententiae Iurisconsultorum leges statim fiebant, sed nunc tantum facilius per applicationem et observationem necessariam in usum deducebantur, eoque modo auctoritatem accipiebant. Hunc morem, licentiam respondendi ab Imperatoribus petendi, ad

HADRIANVM usque perdurasse, istum vero pristinam libertatem respondendi, demta tamen vi responsis quorundam ICris ab AVGUSTO data, restituisse, probabile est. Ipsa auctoritas prudentum vero post temporā ALEXANDRI et GORDIANI desit.

Chr. Henr. BREVNING de causis cadentis iurisprudentiae post Alexandrum. Lips.

§. 122.

Ad II) nouas legum species (§. 117.) pertinent
1) SENATUSCONSULTA DE IVRE CIVILI condita, quorū
sum et *Orationes Principum* referendae sunt. Etenim
TIBERIVS, sublato veterē in comitiis leges ferendi
more, Senatui potestatem de iure etiam civili con-
dendi leges tribuit, indeque abinde hōc tempore
tot Senatusconsulta reperimus. Facta autem sunt
tum motu Senatus proprio, tum iussu Imperatorum:
nam si quid Caesaribus emendandum videbatur, ipsi-
que ea de re constitutionem emittere noblebant, in
Senatu *Orationes*, vel, si absentes erant, *Libellos*, reci-
tari curabant, quibus voluntatem aperiebant suam.
Ex Orationum contentis tunc Senatusconsultum per-
ficiebatur et nomine Senatus publicabatur, hincque,
quoniam Orationes exacte cum SCris ad eas factis
conueniebant, et certo respectu per se iam auctori-
tatem habebant, veteres ICti promiscue Orationem
Principis et Senatusconsultum allegant, multaque
obueniunt Orationes, quas Senatusconsulta subsecuta
esse ne quidem certo scimus. Ceterum Senatuscon-
sulta de iure civili post tempora GORDIANI haud am-
plius obueniunt, nec postea sub CONSTANTINO M.

vter-

vterque Senatus, Romanus et Constantinopolitanus,
de iure ciuili constituit quicquam.

Otto a BOECKELN de *Orationibus Principum*. Exstat in SLE-
VOGTI Opaculus de sectis et philosophia veterum ICtorum
p. 110.

§. 123.

Alteram nouarum legum speciem constituunt
2) PRINCIPVM CONSTITUTIONES, sub quibus in vniuer-
sum comprehendi debent Imperatorum declaratio-
nes subdiis, de eo quod fieri velint, factas. Eae vero
tum per se leges vniuersales efficiebant, tum per
vsum fieri poterant tales. Etenim Constitutio s. de-
claratio Imperatoris vel omnibus praescripta erat sub-
ditis, et tunc erat EDICTVM, quod et *Constitutio
natur e&ōxnv* nominatur, vel ad certas personas tan-
tum spectabat. Hoc casu, vel proprio motu Prin-
cipis facta erat declaratio, vel ad instantiam alicuius.
Si prius eveniunt MANDATA PRINCIPVM, s. EPISTAL-
MATA, quae praesertim Magistratibus in prouinciis
dabantur, passim et aliis in urbe, atque regulas con-
tinebant administrandi muneris et porestatis. Si po-
sterius, ad instantiam alicuius facta constitutio, aut
ad causam controuersam, in primis iudicialem, de-
cidendam, emissa erat, aut alium finem habebat.
Ad priorem speciem pertinent DECRETA, quae vel
cognitiones imperiales, s. *decreta natur e&ōxnv*, vel *interlocutiones principum* sunt, prout, vel ab Impera-
tore cognita causa pro Tribunali, siue in auditorio
Principis, ad quod lites per appellations devolu-
bantur, dabantur, vel de pleno sine cognitione cau-
sae decidebantur. Posterior species constitutionum

F 5

quae

quae ad instantiam dabantur, continet *Rescripta* quae in *An et subnotationes*; *Epistolas et Sanctiones pragmatis* abeunt, prout ad instantiam vel priuatorum, vel magistratus cuiusdam, vel vniuersitatis personarum datae sunt. Ex his variis constitutionum speciebus, *EDICTA* leges erant generales et vi propria seu per se omnes omnino obligabant, qualia quidem iam inde ab *AVGVSTO* data, nam tamen ab *HADRIANO*, sub quo monarchia firma magis siebat, praecipue vim certam consecuta sunt. *Reliquae* vero species per se quidem leges haud erant generales, quum potius ad eam rem, cuius gratia erant datae, pertinerent: ast usu et obseruatio, in primis interpretatione *Iurisconsultorum*, principia in illis stabilita recepta sunt, eodemque modo, quam si per *Edicta* essent introducta, invaluerunt. Hinc veteres *Iurisconsulti* frequenter, tum ad mandata, tum ad rescripta prouocant, atque etiam causas decretis *Principum* decisas diligenter allegant.

C. F. HÖMMEI PR. de singulari Imp. Rom. in legibus nouis condendis modestia, Lips. 1759

Io. Casp. HEIMBURG PR. 1. et 2. de Interlocut. *Principum*.

Dav. Cap. HVNTHVM de Rescriptis *Principum* Rom. Leid. 1709.
et in Thesi Diss. Belgicarum OELRICII Tom. II. Vol. III.
p. 295.

Joach. van DALEN de subnotationibus *Principum*.

§. 124.

Quod attinet III. collectiones leges romanarum hoc aeuo factas (§. 117.) ad eas referri debet i) *Editum perpetuum*, quod sub *HADRIANO* Imperatore per *Saluum Julianum* ICtum ita compilatum, ut ex editis Praetorum tum existantibus ea, quae usui tempore.

temporum conuenirent, eligeret, ac, omissis inutilibus mutatisque aliis, et additis nouis capitibus, in ordinem redigeret, sicque plenum Systema Iuris honorarii ederet. Quae collectio, postquam Principis Oratio in Senatu habita, SCtumque factum erat, edicto Imperatoris publicato, vim legis perpetuae accepit, finemque incertitudini iuris honorarii fecit, quum post eam magistratus urbani edicta fecisse non videantur. Edictum vero *perpetuum provinciale* hoc aeuo factum esse probari nequit, et *Aedilium edictum* caput illud edicti perpetui nominatum est, quod Aedilium edicta continebat.

Laur. Andr. HAMBERGER de *edicto perpetuo*. Jenae 1714.

et in EIVS Opusc. p. 251. seqq.

Io. Aug. BACH de *edicto perpetuo provinciali*. Lips. 1752.

§. 125.

Quoad 2) collectiones constitutionum *Principium*, eae hac Epochā nondum publica auctoritate factae fuerunt, etiā quaedam illorum auctoritatem in iudiciis noctae sint. Praeterquam autem, quod Diuorum Fratrum ANTONINI Philosophi et L. VERI rescripta et constitutiones collegisset PAPIRIVS IVSTVS, et IVLIVS PAVLVS sex liberos Imperilium sententiarum in cognitionibus proletarum, memoria collectionum ad tempora nostra hacten peruenit. Verum sub CONSTANTINO M. et probabiliter sub eius filiis, collecti sunt codices duo *Gregorianus* et *Hermogenianus*, quorum autores ignoramus, saltem certe probare non possumus. Vnum eorum alterum excepisse, continuasse ac suppleuisse, atque constitutiones Principum ab HADRIANO usque ad CONSTANTINVM M. eius.

eiisque proximos successores comprehendisse, videatur. Iam licet priuata auctoritate vterque codex esset conditus, tamen in iudiciis ob utilitatem receptus est, in iisque in Oriente ad IVSTINIANVM usque auctoritatem retinuit, quum is Imperator demum vim sustulerit.

Chr. Frid. POHL de *Codicibus Gregoriano et Hermogeniano Commentatio historica.* Lipsi. 1777.

II.

HISTORIA IURIS CANONICO-PONTIFICII.

Indicatio. El. §. 126.

In hanc epocham cum incidat vulgo sic dictae historiae iuris canonici, seu potius, HISTORIAE IURIS CANONICO PONTIFICI, initium, ante omnia notandum 1) obiectum huius partis historiae iuris non esse leges ecclesiasticas in utroque sensu, nimirum tam ab obiecto, quam a potestate vi cuius latae sunt, ita dictas: sed tantum leges ecclesiasticas in posteriore sensu, in quo sunt leges vi potestatis ecclesiasticae latae; 2) hanc historiam non nisi circa leges ecclesiasticas ecclesiae christianaee versari.

§. 127.

Quod itaque attinet legum ecclesiasticarum in dicto sensu originem, nec Christus, nec Apostoli legislatoriam in ecclesia exercuerunt potestatem, suntque vulgo sic dicti *Canones Apostolici* non minus, quam *Constitutiones Apostolicae*, spuriae species legum ecclesiasticarum. Regebatur potius in primis christianaee religionis seculis ecclesia plerumque conueniente, dum una ecclesia particularis aliam imitari

ri

ri solebat, vel etiam Christiani *Sententias Patrum* quos vocant *ecclesiasticorum*, nimirum virorum post Apostolos insigni pieratis et sapientiae laude conspi-
cuorum, sequebantur, quae inde pedetentim ali-
quam auctoritatem obtinebant.

Io. Paul. HEBENSTREIT de canonibus ut dicuntur vulgo apostoli-
cis Ienae 1701.

Io. Guil. IANVS de antiquitate canonum apostolicorum. Vit.
1706.

§. 128.

Verae species scriptriarum legum ecclesiastica-
rum sunt potius *canones*, sub quo nomine veniunt
leges vi iuris collegialis conditae, seu, ut aiunt, de-
creta disciplinaria, a dogmaticis distinguenda, in
conuentibus ecclesiarum, sive conciliis synodis-
que, id est, conuentibus ad prouidendum publicis
ecclesiae rationibus institutis, facta. A canonibus diffe-
runt *decreta* et *decretales*, scilicet epistole, seu *consti-*
tutiones Pontificum aliorumque praelatorum ad regi-
men ecclesiasticum constitutorum, quae sunt leges
quae Pontifices Romanos aliosque praelatos, conci-
lio synodoue non concurrente, auctores habent, et
vel nemine consulente et referente, vel occasione
consultationis seu relationis alterius, ortae sunt.
Vtiusque generis leges ecclesiasticae constituunt *ius*
canonicum seu potius *ius canonico-pontificium*. Li-
cer vero ad leges ecclesiasticas etiam referri soleant
1) *Traditiones*, sub quo nomine veniunt veritates
reuelatae religionem concernentes quae litteris
consignatae non sunt; 2) *Regulæ cancellariae*,
quae sunt leges a Pontifice latae, cum eo ex-
spirantes, et cum nouo Pontifice reuiniscentes,
quae

quae normam et ordinem regiminis, potissimum cancellariae apostolicae, concernunt; 3) *Declaratio-nes Cardinalium interpretum Tridentini*; 4) *Decreta congregationis rituum et indicis*: tamen traditiones, quatenus verae sunt, potius ad leges diuinias, quam ius canonico - pontificium, referri debent; *regulæ cancellariae cum dictis declarationibus et decretis vero* quatenus habent legis valorem, sub decretis et decretalibus Pontificum, sicque generatim sub constitutionibus Pontificum comprehendi possunt. Ceterum de *Bullis et Breuibus papalibus* monendum, eas itidem ad constitutiones Pontificum pertinere.

§. 129.

Quae cum ita sint, historia iuris canonico-pontificii redit ad ea facta quibus canones et decreta atque decretales Pontificum originem et mutationes debent, ita ut, quoad hanc epocham a nato Christo usque ad magnam gentium migrationem, non nisi hoc monendum: *in eam incidere dictarum legum ecclesiasticarum ortum, tam quoad canones, quam quoad decreta atque decretales Pontificum aliorumque Praelatorum*. Cum vero, nec historia singulorum conciliorum, nec historia singulorum Pontificum romanorum, hic tradenda, quoad hoc aeuum hic in enarranda historia iuris canonico - pontificii sub sistendum.

FOCHA

EPOCHA II.

A MAGNA GENTIVM MIGRATIONE
VSQVE AD REGNI GERMANICI ORTVM.

SECVLI V — IX.

I.

HISTORIA IVRIS ROMANI.

§. 130.

In enarrandis vltioribus fatis quae habuit ius romanum hoc aeuo, ante omnia monendum, praeter constitutiones Imperatorum, fere nullas amplius adfuisse iuris scientiae fontes, in ipsm vero iuris prudentiam religionem christianam magnam vim monstrasse et partim novas leges, partim in antiquioribus legibus haud leves mutationes et effectus produxisse. Speciatim disputatio fori adfuit saltem in Consistorio Principiū. Quoad edicta magistratum edicta Praefectorum Virbi et Praetorio obveniunt quidem, sed parum noui, vel nihil, illis introductum esse videtur, et licet Edicti perpetui auctoritas illaesa erat et sarta, invaluerunt tamen potius commentarii et interpretationes iurisconsultorum in illud conscripti, quam ipsius Edicti verba. Cum itaque hac ratione incertitudo iuris mirum quantum augeretur, VALENTINIANVS III anno 426. singulari constitutione, qua variarum legum specierum auctoritatem rursus definiuit, inter alia de libris iurisconsultorum sanxit: ut Papiniani, Pauli, Ulpiani, Caii et Modestini scripta, et in illis approbatae aliorum sententiae, auctoritatem lectionis in iudiciis tantum haberent

berent; h. e. recitarentur obseruenturque a indicibus. Hoc constitutionis caput postea in Codicem Theodosianum receptum et sub Tit. de *Responsis Prudentum* colloquatum, ideoque simul in Oriente receptum est, et ad IVSTINIANVM usque obtinuisse videtur.

Car. Wilh. dei RHOER de *Efectu Religionis Christianae in Iurisprudentiam*. Dissertat. VI. Gron. 1776. 8.

Andr. WITTERT a BLOEMENDAAL diss. de *religionis christiana vi ad emendationem iuris civilis*. Lugd. Bat. 1775.

§. 141.

Quod vero speciatim attinet *Constitutiones principum*, per eas porro Imperatores exercuerunt suam potestatem legislatoriam, earumque noua in Orientali imperio, post Codicem Gregorianum et Hermogenianum (§. 125.), auctoritate THEODOSII junioris a. 438. facta collectio, quae CODEX THEodosianus appellatur, et non in Oriente solum, sed et in Occidente, auctoritatem habuit. Nempe compendiosam, ut ipse THEodosius ait, constitutionum Diualium retro a CONSTANTINO M. Principum, collectionem, ordine quodam adornatam, studiose iuuentu tradere voluit Imperator. Hinc statim appetet cur 1) anteriores Codices haud sublati sint, nec omnes omnino constitutiones Principum contineat; 2) receptae leges, nec integrae, sed sub variis titulis dispersae, sint dispositae, nec satis genuinae, sed passim truncatae emendataeque, legantur. Vi propria quidem in Oriente auctoritatem habuisse hunc codicem, missumque deinde ab Auctore ad Imperatorem Occidentis VALENTINIANUM III. certo quidem scimus, ast, eum quoque

que in occidental i imperio obtinuisse, e consequen-
tiis tantum, non sine summa specie veri, conclu-
dimus.

Io. SAM. BRUNNQUEL de codice Theodosiano eiusque in Codice Iu-
stinianeo usu. Ienae 1719. et in eius Opusc. T. I. pag. 24.

Io. Aug. WOLF s. Resp. Christ. Frid. FOHL de latinitate eccl-
esiastica in Codice Theodosiano. Lipsi. 1774.

§. 132.

Occasione collectionis constitutionum princi-
pum quas continet codex Theodosianus, et aliarum
collectionem huius aeu quae saltem leges romanarum
concernunt, et spectant ad jurisprudentiam roma-
nam Anteiustinianam, hic aliqua mentio facienda.
Sunt vero huiusmodi collectiones dupli generis,
dum ea collectio quae continet Nouellas THEODOSII
aliorumque sequentium Imperatorum, merito ab iis
collectionibus distinguienda quae a Regibus eorum
populorum, qui in terris imperii romani occiden-
talis noua regna condebant, inter quos praesertim
Ostrogothi, eorumque successores *Longobardi*, *Wi-
sigothi*; *Burgundiones* et *Franci* notandi, maximam
partem ex legibus romanis quae hoc tempore vale-
bant, veluti codicibus tribus *Gregoriano*, *Hermoge-
niano* et *Theodosiano*, nec non scriptis *ICtorum* quae
legis vim acceperant (§. 130.), factae sunt, quales
sunt: 1) *Edictum THEODORICI*, regis Ostrogothorum,
de a.o. 489. 2) *ALARICI*, regis Wisigothorum, *brevi-
arium legum romanarum*, vulgo *breviarium Ania-
ni* de a.o. 506, quodque etiam sub legis romanae seu
Theodosianae nomine venit; 3) *Papiani responsa*
vt vulgo appellantur, qui liber iussu regis Burgun-
(*Syst. doctr. propaed.*)

G

dio-

dionum GVNDEBALBI compilatus, et nec minus sub legis Romanae nomine venit. Compilatio ea vero quae dicitur: *Collatio legum romanarum et mozaicarum*, huc nullo modo referri potest.

§. 133.

Sequuntur fata iuris romani in *orientali imperio* per IVSTINIANVM. Hic enim non solum, vt antecessores sui, nouas edidit constitutiones: sed et auctor est variarum collectionum legum romanarum, quales sunt:

- I) CODEX IVSTINIANEVS, qui est noua constitutio num Imperatorum collectio ao. 529. idibus Aprilis publicata, et per eum anteriores Codices, *Gregorianus*, *Hermogenianus* et *Theodosianus* sublati sunt.
- II) DIGESTA s. PANDECTAE, quae sunt excerpta ex praefantissimorum ICtorum Romanorum, qui post HADRIANVM vixerunt, scriptis, in certum, maxime ad seriem Edicti perpetui, ordinem redacta. Haec collectio a. 533. d. III. Kalend. Ianuar. confirmata, et tum in fori vsum, tum in vsum scholarum, confecta est, ideoque nunc etiam *Edicto perpetuo* in iudiciis vis sua poterat adimi et auctoritas.
- III) INSTITUTIONES IVSTINIANEAE, quae sunt compendium iurisprudentiae Romanae et anno 533. d. XI. Kal. Decembr. publicatae, aet d. III. Kal. Ianuar. vna cum Digestis confirmatae sunt.
- IV) CODEX REPETITAE PRAELECTIONIS, qui est iterata prioris codicis editio, quae ao. 534 mens. De-

Decembr. prodiit, eoque publicato Iustinianus
seu prior Codex sublatus est.

Huic codici vero, praeter alias constitutiones
IVSTINIANI, insertae quoque sunt in varias particulatas
discerptae QVINQVAGINTA DECISIONES, quae sunt
constitutiones IVSTINIANI, dum Pandectae compo-
nebantur, editae, per quas singulares quaestiones
iuris civilis admodum controvenerae, quas compilato-
res Pandectarum non ausi sunt dissoluere, decisae. Inter
reliquas IVSTINIANI constitutiones vero notandae sunt
1) Constitutiones eius dictis collectionibus praemissae;
2) Nouellae IVSTINIANI, quae sunt eius constitutiones
post codicem repetitiae praelectionis editae; 3) Edicta
XII. Iustiniani, et 4) Variae eius Constitutiones eccl-
esiasticae. Caeterum de Authenticis codici insertis, ut
et de collectione Nouellarum IVSTINIANI, infra agen-
dum.

ANT. SCHVLTING Or. Culpandus sit Tribonianus quod ICto-
rum quistante libera republica romana claruere scripsa supprese-
rir, ac posteriorum qui sub Imperatoribus floruerunt responsa
in pandectas retulerit. Franc. 1695.

Car. Gottl. KNORRE Obs. ad Proemium Institutionum, Halae 1755.

Io. Theoph. SEGER de antiqua et nova Codicis Iustinianei dis-
ciplina. Lips. 1765.

Wilh. LUDWEL de L. Decisionibus Iustiniani.

Ioach. SGWARTZ verum iure culpandus sit Tribonianus quod in
componendis Pandectis ethicorum scripsa compilauerit. Lugd.
Bat. 1737.

L. H. B. L. animaduersiones in hanc Schwartzi disquisitionem.
Lips. 1737.

Ferd. Aug. HOMMEL de textu Nouellarum originario conjecturae.
Aemil. HOMBERG ZV VACH de Nouellarum lingua originaria etc.
Marb. 1741.

II.**HISTORIA IURIS CANONICO - PONTIFICII.**

§. 134.

In continuatione historiae iuris canonico · pontificii quoad hoc aevum nouae legum ecclesiasticarum species non obueniunt, sed redit ea potius ad maxime notabiles earum *collectiones* hoc aeuo factas.

Ge. Henr. AYRER *de collectione iuris canonici rum veteris rum recenioris.* Goett. 1737. et Opus. T. 1. p. 61. seqq.

Greg. ZALLWEIN *de collectionibus iuris ecclesiastici antiqui et noui.* Salisb. 1759. et 1760.

Paul. Ios. de RIEGGER *Diss. de collectionibus iuris ecclesiastici Antegrationei.* Viennae 1765.

§. 135.

Ad tales collectiones referri debent **I. CODEX CANONVM ECCLESIAE VNUERSAE** quatuor conciliorum oecumenicorum, et nonnullorum particularium, canones exhibens, seculo quinto priuato studio confessus in Oriente.

§. 136.

Sunt porro collectio huius generis **II. DIONYSII EXIGUI** collectio quae vulgo **CODEX CANONVM VETVS ECCLESIAE ROMANAЕ**, seu **CODEX DIONYSIANVS**, dicitur, et sub hoc generali nomine continet duplēm collectionem, nimirum 1) collectionem canonum et graecorum nouam versionem, ut et 2) decretalium collectionem.

Balt. Gottl. HENNIG *de collectione canonum et decretorum Dionysiana dominationis pontificiae fauiente.* Lips. 1769.



P. II. Sect. II. Iuris Postdil. post natum Christ. 101

Io. Christoph. RUDOLPH *Nova Commentatio de codice Canonum quem Hadrianus I. P. R. Carolo M. dono dedit.* Erlangae 1777. 8.

§. 137.

Tandem huc pertinet III. famosa illa collectio, nomen ISIDORI, vel peccatoris, vel mercatoris, in fronte gerens, de qua praesertim notandum, continere eam inter alia farraginem epistolarum decreta- lium Pontificum primorum IV. seculorum, ut et quorundam sec. V. et VI. falsarum, vel saltem inter- polatarum.

Bern. ab ESPEN *de collectione Isidori Mercatoris in eius Operibus, et in Ioh. Val. EYBELLi collectione selectarum lucubrationum iurisprudentiam ecclesiastican illustrantium.* Distributione II.

Dav. BLONDELL *Pseudo-Isidorus et Turrianus vapulans.* Genev.

1628. 8.

III.

HISTORIA IVRIS GERMANICI.

§. 138.

A bsoluta continuatione historiae iuris canonico- pontificii quoad hoc aevum, sequitur nova species historiae iuris, quae sub nomine HISTORIAE IVRIS GERMANICI venit, et versatur circa leges germanicas cuiuscunque generis. Licet enim sub legum germanicarum in sensu proprio nomine, non nisi tales leges comprehendi debeant quae post ortum regni germanici ab iis latae, qui vi potestatis legislatoria in hoc regno leges ferendi ius habuerunt: hic tamen sub iuris germanici nomine venit complexus legum quae, et si in dicto sensu ad leges

G 3

ger-

germanicas referri nequeant, originem tamen debent populis germanicae originis.

§. 139.

Historiae iuris germanici particula quae ad hanc epocham pertinet, sub se continet historiam 1) antiquissimarum consuetudinum germanicarum; 2) legum singulorum populorum germanicae originis; et 3) capitularium Regum Francorum. Ast cum, quoad prius caput, tantum monendum, germanicae originis populos usque ad seulum quintum, non nisi eo iure usus esse quod moribus et consuetudine introductum, hic tantum speciatim de reliquis speciebus legum germanicarum agendum.

§. 140.

Quod itaque attinet species legum germanicarum, quae mihi sub nomine **LEGVM SINGVLORVM POPVLORVM GERMANICÆ ORIGINIS** veniunt, huc referri debent leges horum populorum vel scriptae, vel mores eorum nunc in scripturam redacti. Sunt tales, quoad eos populos qui in Germania subsistentes his legibus vbi ceperunt:

I. **LEGES FRANCORVM**, quae sub se continent 1) **LEGEM SALICAM** et 2) **LEGES RIPVARIORVM**, quoniam Franci paulatim in duos populos maiores, *Salios* et *Ripuarios*, abierunt.

II. **LEGES ALAMANNORVM**, quibus a Francis deuictis a. **CCCCLXXXI.** Theodoricus I. Francorum Rex legem dedit secundum suas consuetudines.

III. **LEGES BAIUVARIORVM** seu *Baiuvariorum*, qui postquam Francis subiecti sunt scriptas leges a Francorum Regibus acceperunt.

Henr.

Henr. Chr. SENCKENBERG de legibus gentis Bauaricae. Gief. 1740.

Io. Georg LORY de origine et progressu iuris Boici ciuili. Ingolst. 1748.

STERZINGERS Abhandlung von den Gesetzen der Bayern von den König Theodorich in den Abhandlungen der Bayerschen Academie der Wissenschaften. T. I. p. 135. seqq.

IV. LEGES FRISIONVM, quas aliis alii tribuunt, quaeque incertae aetatis sunt.

V. LEGES SAXONVM, seu **LEX SAXONVM**, de quibus idem valet, licet probabile sit CAROLVM M. scripsisse Saxonibus legem, in eamque migrasse mores huius gentis.

Christ Gottl. EINERT fragmenta obseruationum ad veterem legem Saxonum. Lipf. 1779.

VI. LEGES ANGLORVM ET WERINORVM quae scriptae sunt ante expeditionem Anglorum in Britanniam.

Io. Casp DREYER de usu genuino iuris Anglo-Saxonici in explicando iure Cimbrico et Saxonico. Kil. 1747. 4.

Reliquorum Germaniae populorum huius generis leges vero sunt:

I. **LEGES BVRGVNDIONVM**, populi germani qui regnum in Gallia fundauit, harumque legum ortus incidit in Sec. VI. et ab iis distingueda sic dicta Papiani responsa de quibus supra (§. 132.).

II. **LEGES WISIGOTHORVM**, in Hispania huic populo datae.

III. **LEGES OSTROGOOTHORVM**, cui populo in Italia editum proposuit Rex Theodoricus (§. 132.).

IV. **LEGES LONGOBARDORVM**, qui, postquam Italiam, Gothis a IVSTINIANO eruptam, circa a.

DLXVIII. occuparunt, mores suos in scripturam redregerunt.

§. 141.

Quae a legibus singulorum popolorum germanicae originis distinguenda sunt CAPITULARIA REGVM FRANCORVM, sunt leges a Regibus Francorum, populis iis subiectis, cum consensu procerum regni, praescriptae. Diuidi solent in uniuersalia et particularia, dum alia generatim diuersis populis Regibus Francorum subiectis, alia vero non nisi huic vel illi horum popolorum, datae leges sunt. Differunt praeterea pro diuersitate Regum Francorum quibus originem debent, earumque collectio a variis priuata auctoritate facta, veluti ab ANSEGISO, abbe Fontanellensi, et BENEDICTO LEVITA.

EPOCHA III.

AB ORTV REGNI GERMANICI VSQVE AD RESTAVRATIONEM IURIS ROMANI EIVSQUE IN GERMANIA RECEPTIONEM.

SEC. IX — XII.

I.

HISTORIA IURIS ROMANI.

§. 142.

Legum romanarum alia hoc aevo fata erant in orientali, alia in occidentali imperio romano. In orientali imperio enim nonsolum Imperatores romani porro, ut ante, per nouas constitutiones augabant legum romanarum numerum, sed et Codex Iustinianus.

stinianus, Pandectae et Institutiones Iustinianae in graecam linguam sunt translatae auctoritate priuata iurisperitorum, varia methodo et ratione, nempe mox vberiori, mox beuiori stylo. Praesertim vero notandum, hoc aevo nouam collectionem legum romanarum graeco idiomate conscriptam, ab Imperatore BASILIO Macedone esse ceptam, quam perfecit filius eius LEO Philosophus.

§. 143.

Edidit scilicet 1) BASILVS Macedo, circiter anno 879, primum τέρτιον τῶν νόμων, h. e. breuem delectum s. compendium Legum, 40. titulis compositum, et maxime e Iuris Iustiniane versionibus hauustum: e quo libro adhuc hodie fragmenta multa ad- sunt. Deinde 2) maiori operi manus admouens, curauit ut a viris doctis, dirigente SYMBATHIO Protopathario, legum collectiones IUSTINIANI ex variis versionibus, pariter ac aliae aliorum subsequentium Imperatorum constitutiones, passim et conciliorum canones patrumque scripta, excerpterentur et in certum ordinem redigerentur, nempe constabat totum opus VI. τευχοῖς s. Voluminibus ac LX. libris. Hoc opus Basiliaca nuncupatum est, et post Auctoris demum obitum, ab ipsius filio et successore LEONE sapiente promulgatum legalique auctoritate donatum est. Porro 3) nepos BASILII Mac., CONSTANTINVS Porphyrogeneta, quum videret recentioribus sui in primis Patris LEONIS Sap. legibus multa esse emenda, sive varia in Basilicis inutilia reddit, Basilica repurgari et emendari curauit, et ἀναγράψαι τῶν Βασιλίκων edidit. Neque tamen certo definiri

G 5 pot-

potesit quo anno Basilica et haec *ανανθάστις* promulgata sint. 4) Ipse vero LEO sapiens Imperator varias promulgavit constitutiones e quibus NOVELLAE, in prioribus imperii sui annis editae, et quae hodie libris Iuris Iustinianei solent adiungi, notatu dignissimae sunt, quippe in illis multa iuris veteris capita taxantur et emendantur, quapropter et Νεαραι ἐπανορθοδοκαι ab ipso Auctore appellatae esse videntur. Tandem 5) LEONIS Εκλογητῶν νομων ἐν συντόμῳ, siue delectus legum et compendium iuris scientiae, non omittendum est, cuius generis libros ab aliis Imperatoribus compositos etiam habemus.

Io. Mariae SVARESII Notitia Basilicorum in Io. Alb. Fabricii bibliotheca graeca. Tom. XII. pag. 467 seqq.

Casp. Achat. BECK de Nouellis Leonis earumque vsu et auctoritate. Ienae 1732. 4. et Halae 1779. cura Car. Fr. ZEPERNICK.

Car. Fr. ZEPERNICK Praetermissa de vita rebus et constitutionibus in primis Nouellis Leonis Sapientis Imp. Byzantini, *¶EVS* editioni Beckii adiecta.

§. 144.

Fata iuris romani in imperio occidentali sunt haec. Ius romanum *anteiusiustiniacum* partim adhuc vigebat, partim etiam, nimirum in Italia, quarenus scilicet a Iustiniano Ostrógothis electis erat occupata, ius romanum *Iustinianum* in vsu erat, quod a IVSTINIANO introductum, nec ex post sub *Longobardis* auctoritatem suam amisit, sed potius, prout usque ad restorationem imperii romani occidentalis a. 800 a Carolo M. factam durauerat, et post eam durauit adhuc hoc aevo, ita ut cuique liberum esset, an lege *Romana*, an vero lege *Longobardica*, vti vellet.

Neque

Neque postea illud ius penitus extinctum esse videatur, sed inualuit potius et a clericis ob priuilegia in eo ipsis concessa imprimis seruatum est.

II.

HISTORIA IURIS CANONICO PONTIFICI.

§. 145.

Quoad historiam iuris canonico-pontificii, et de hoc tempore valent, quae dicta sunt (§. 134.). Non nisi hoc enim de vterioribus huius iuris fatis notari meretur, quod ex anterioribus codicibus, legibus ecclesiasticis Imperatorum Romanorum, capitularibus Regum Francorum et dictis Patrum, novae collectiones priuatae legum ecclesiasticarum cinnatae sint.

§. 146.

Sunt vero collectiones huius aei praeferit notandae I. REGINONIS, Abbatis Prumensis, collectio quae Sec. X. prodiit, qui primus in Occidente leges ab auctore seculares ex Codice Theodosiano, et Capitularibus Regum Francorum, operi suo intexuit.

§. 147.

Huc etiam pertinent II. magnum canonum volumen quod compilauit Sec. XI. BVRCHARDVS Episcopus Wormatiensis, et III. IVONIS sic dictum Decretum, a quo opere differt eius Panomina, quae est prioris operis quasi summa quaedam.

III.

III.

HISTORIA IVRIS GERMANICI.

§. 148.

Orto nunc per diuisionem regni Francici inter filios LUDOVICI PII regno germanico, stricte et proprie sic dictae leges germanicae traxerunt originem (§. 138.), quarum aliae sunt leges fundamentales, aliae non, licet haec differentia hic non attendenda, sed stricte ordini chronologico inhaerendum. Redeunt vero quae hic dicenda ad fata 1) *legum singulorum germaniae populorum et capitularium* (§. 140. 141.) quae habuerunt hoc aeuo; 2) *legum vere germanicarum*, quae nunc demum ortae sunt.

§. 149.

Quod attinet I. fata quae nunc habuerunt *leges singulorum Germaniae populorum et Capitularia Regum Francorum*, de iis notandum, orto regno germanico, et exitiunctis Carolingis, obseruantiam suam sensim amississe, et Germanos hoc tempore, non in legibus, sed armis, ius ponere maluisse. Invaluerunt inde *ius manuarium et iudicia duellica*.

§. 150.

Interim tamen non plane desunt leges scriptae germanicae huius aeui, licet sint, quoad maximam partem, leges fundamentales. Possunt hoc referri

I. **PACTVM VERODVNENSE** de a. 843.

II. **PACTVM INTER OTTONEM M. ET LEONEM VIII.**
de coniunctione Imp. Rom. cum regno germanico
de a. 964.

III.

III. CONCORDATVM HENRICI V. ET CALIXTI II. de
inuestitura Episcoporum et Abbatum de a. 1122.

Io. Wilh. HOFFMANN ad concordatum Henrici V. et Calixti II.
Viteb. 1739.

IV. CONCLVSA COMITIORVM, quae his temporibus
certae, in scripturam redactae, formulae non-
dum includebantur, sed tanquam consuetudini-
nes obserabantur, *Constitutiones imperiales*,
vulgo Reichsatzungen, dictae, licet plera-
que harum constitutionum quae circumferun-
tur, sint dubiae et sublestae fidei.

IV.

HISTORIA IVRIS FEVDALIS LONGOBARDICI.

§. 151.

In haec tempora etiam incidit legum feudalium
Longobardicarum ortus, sive HISTORIAE IVRIS
FEVDALIS LONGOBARDICI, initium, quae nec cum
historia originis feudorum, nec cum historia iuris
feudalis germanici, confundenda, quae ultima potius
pars historiae iuris germanici est.

§. 152.

Quod itaque attinet 1) facta quibus originem
debent leges feudales Longobardicae, notandum ab
initio et apud Longobardos solum *ius consuetudina-
rium* quoad feuda eorum obtinuisse. Non desunt
tamen *leges scriptae feudales Longobardorum* quae ad
hanc epocham referri debent, licet ante CAROLVM M.
certa juris feudalis scripti vestigia apud eos non de-
prehendantur. Ast, quod attinet 2) facta quibus
muta-

mutationem debent leges feudales Longobardicae, quoad hanc epocham non nisi hoc notandum, exstanta stirpe carolingica iterum in desuetudinem abiisse leges feudales scriptas quibus haec tenus vrebantur. Licet vero sub OTTONE M., oppresso BERENGARIO, coniunctio regni Longobardici cum germania facta, et eius filius OTTO II. comitia habuerit in campis Roncalicis, tamen nullae leges feudales ab Ottonibus latere reperiuntur,

EPOCHA IV.

A RESTAVRATIONE IVRIS ROMANI IN
ITALIA VSQUE AD MAXIMILIANVM I.

SEC. XII. XIII. XIV. XV.

I.

HISTORIA IVRIS ROMANI

§. 153.

Quoad leges romanæ variae hoc aeuo contigerunt mutationes. Ut enim taceam, everso a Turcis orientali imperio a. 1452., nec nouas constitutiones ab Imperatoribus orientalibus amplius emissas esse, nec Ius Romanum ibi, et ante, in usu mansisse: ius Romanum Iustinianum in Occidente etiam non mansit in eo statu in quo haec tenus erat.

§. 154.

Quod vero speciatim attinet iuris romani Iustiniani fata in Occidente, huc pertinet I) Nouellas Iustiniani (§. 133.), si non his temporibus collectae sunt,

funt, diuisas tamen esse ab ICris Papiensibus in novem collationes.

Aem. HOMBERG zu YACH de collectione Novellarum a Iustiniano facta. Marb. 1741.

§. 155.

Porro II) quoad Codicem repetitae praelectionis (§. 133.) notandum, nunc ei insertas esse Authenticas legibus Codicis subiectas et litteris minusculis distinctas, quae sunt duplicis generis:

- 1) AVTHENTICAE FRIDERICORVM, sub quo nomine veniunt constitutiones quae FRIDERICVM I et II, auctores habent, eorum iussu in codicem relatae
- 2) AVTHENTICAE STRICTE SIC DICITAE, quae sunt excerpta ex Nouellis, illis legibus Codicis, quibus derogant, eum in finem, ut statim pateat in quo Nouella a Codice abeat, addita.

§. 156.

Tandem III) satis momentosa hoc tempore contigit mutatio iuris romani Iustinianei quae concernit eius valorem in foro. Postquam enim Sec. XII. in Italia studium iuris romani Iustinianei refuscitatum, non solum in foris Italiae eius usus maior factus est: sed et paullo post huius iuris receptio per totum fere Occidentem facta. Hinc oritur historia receptionis iuris romani Iustinianei, quae differt pro regnorum diuersitate. Ast, quum hic tantum historia receptionis huius iuris in germania tradenda, ea vero simul concernat fata iuris germanici, de ea potius infra in historia iuris germanici huius aequi agendum.

I. HI-

II.

HISTORIA IVRIS CANONICO - PONTIFICII.

§. 157.

Vlteriora fata, quae habuit ius canonico-pontificium a restauratione iuris Romani in Italia usque ad MAXIMILIANVM I., reduci possunt ad duo summa capita, nimurum historiam *nouarum collectionum canonum et decretalium*, quae hoc tempore prodierunt, et receptionem earum in Germania. Quum vero historia receptionis, et subsecutae post reformationem Lutheri in foris protestantium retentionis huius iuris, vna cum historia receptionis iuris romani in germania, in iuris germanici historia tradenda, hic tantum *nouarum collectionum iuris canonico-pontificii* mentio facienda est, quae hoc tempore factae sunt.

§. 158.

Quod vero ipsas has collectiones attinet, distinguendum est inter eas collectiones quae in corpore iuris canonici nunc obuiæ sunt, et reliquas huius aëvi collectiones. Posteriores collectiones non sunt tanti momenti, ut hic de singulis sigillatim agendum, indeque de iis tantum annorandum, quod decales potius quam canones contineant, et antiquae decales appellari soleant, quoniam GREGORII IX. a. 1230 factam collectionem antecedunt. Prioris generis collectiones vero sunt *Decretum Gratiani*, et recentiores decales collectiones, de quibus sigillatim agendum.

Henr. Chr. L. B. de SENCKENBERG de collectione antiquarum
epistolarum decales Bernhardi Circae in xiv. Volum. medit

dit ex vniuerso iure et historia. Fase. 2. Med. 5. p. 372. seqq.

Iust. Henri. BOEHMER de *decretalium Pontificum Rom. variis collectionibus er fortuna*, quae EIVS editioni Corp. iur. can. praemissa.

Io. Christoph. KOCH *Prolusio de breviario extraungantivm Bernardi Circae in EIVS Opusc. iur. canon. num. I.*

IDEM de *Innocentii III. P. R. collectione decretalium prima l. c. num. II.*

§. 159.

Sub DECRETI GRATIANI nomine venit ea collectio, quae priuata auctoritate a monacho, Gratiano dicto, facta est 1151. sub titulo: *concordia discordantium canonum.* Licet vero haec collectio potissimum canones contineat, ei tamen varia alia sunt inserta, veluti variae decretales, loca scripturae sacrae, dicta Patrum, leges romanae, et Capitularia Regum Francorum.

Io. Henn. BOEHMER Diff. de *varia decreti Gratiani fortuna* praemissa EIVS editioni Corp. Iur. Can. T. I.

Ios. Ant. RIEGGER Diff. de *Gratianus decreti auctore.* Vindob. 1760. et in EIVS Opusc. ad Histor. et iur. eccles. pentimentibus pag. 269.

IDEM De *Gratiani collectione canonum illiusque methodo et mensis* in EIVS Oblect. hist. et iur. eccles. P. I. num. I.

Beyträge zur Geschichte Gratians und seines Decretis. in dem Magazin für Kirchenrecht und Kirchengeschichte T. I. pag. I.

§. 160.

Quod vero attinet recentiores decretalium collectiones, tales sunt:

(Syst. doctr. propaed.)

H

I) DE-

- I) DECRETALES GREGORII IX., quae collectio decretalium epistolarum sub GREGORIO IX. prodiit auctore RAYMUNDO de PENNA FORTI circa an. 1230. et potissimum decretales, sed et praeterea varia alia continent, veluti canones et loca scripturae sacrae.
- II) LIBER SEXTVS DECRETALIVM, qui auctore GYIELMO Archiepiscopo Ebordunensi, auctoritate BONIFACII VIII. circa an. 1297. editus, et continet contractam syllogen Constitutionum INNOCENTII IV. GREGORII X. NICOLAI III. potissimum BONIFACII VIII.
- Io. Christoph. Koch *de Bonifacii VIII. P. R. sexto Decretalium libro.* Gieslæ 1772. et in eius Opusc. Iur. Can. num. III.
- III) CLEMENTINAE, quae sunt collectio Decretalium CLEMENTIS, quas ipse collegit: ast, morte praeuentus, ipse publicare non potuit, hincque successor eius IOHANNES XXII. ao. 1317. publici iuris fecit.
- Georg. Lud. BOEHMER *de clementinis.* Goett. 1742. et in eius *Obseru. Iur. Can. num. I.*
- IV) EXTRAVAGANTIES IOANNIS XXII, quae sunt collectio Decretalium huius Pontificis circa annum 1340. ab ignoto edita.
- V) EXTRAVAGANTES COMMVNES, quae sunt collectio Decretalium EVGENII IV. CALIXTI III. PAVLI II. et SIXTI IV. quae post an. 1484. ab ignoto auctore prodiit.

III.

HISTORIA IVRIS FEVDALIS LONGOBARDICI.

§. 161.

Quae quoad historiam iuris feudalis Longobardici hic notanda sunt, redeunt ad duo momenta. Primum concernit scriptas leges feudales Longobardicas, hoc aeuo in campis roncalicis latae: alterum vero collectiones legum feudalium longobardicarum.

§. 162.

Quoad dictas nouas leges notandae sunt quae in ipsis feudorum libris memorantur leges feudales CONRADI II. sive Salici I. F. 1. §. 2. II F. 9. §. 1. II F. 4. II F. 40; HENRICI III. II. F. 57 LOTHARI III. C. Saxonicus I. F. 9. 20. 21. 22 II F. 52; dum constitutio II. F. 19. potius LOTHARIO I. tribuenda, et imprimis FRIDERICI I. dicti Barbarossa II. F. 27. 53. 55.

56.

H. A. KOCH von welchen Kayser Conrad das I. F. 1. §. 2. angeführte Geſetz von der Lebns - Folge gegeben wordn Exstat in C. F. ZEPERNICK Sammlung auserlesener Abhandlungen aus dem Lehnrechte P. 1. n. 10.

§. 163.

Quod vero attinet collectiones legum feudalium longobardicarum hoc aeuo, nimirum FRIDERICI I. temporibus, factas, variae collectiones legum feudalium Longobardicarum, adornatae sunt, veluti:

I. OBERTI ab ORTO collectio consuetudinum feudalium quae in curia Mediolanensi obtinebant.

II. GERHARDI NIGRI similis collectio.

H 2

III.

III. CONVENTUDINES FEVDORVM, quae etiam LIBER FEVDORVM appellantur, et sunt collectio ex dictis anterioribus collectionibus, constitutionibus feudalibus Imperatorum, et curiarum feudalium regni Longobardici consuetudinibus feudalibus, ab incerto auctore, qui vulgo *Feudista* dicitur, facta.

§. 164.

Quod speciatim attinet *Consuetudines feudorum* seu *librum feudorum* de eo notandum 1) HVGOLINVM quandam hanc collectionem regnante FRIDERICO II. Sec. XIII. tanquam decimam collectionem Nouellis IVSTINIANI (§. 134.) subiecisse; 2) eam non tam ex post auctam seu suppletam, quam potius successu temporis ab aliis similes factas esse collectiones, inter quas hic notanda ea collectio quam IACOBVS de ARDIZONE, itidem Sec. XIII, adiecit seu inseruit suaem *Summae feudorum* Cap. 149 et 150. sub nomine *capitulorum extraugantium* seu *extraordinariorum*, indeque priorem collectionem sub nomine *capitulorum ordinariorum* venire. Caeterum 3) de diuisione libri feudorum in duos libros, ut et de *Cuiaciana* atque *Godofrediana* diuisione totius iuris feudalis Longobardici in plures libros, infra in historia litteraria iuridica agendum.

Carl. Gottl. KNORRE Untersuchung und Entscheidung der Frage: Ob ein Rechtsgelehrter auf der boben Schule zu Bononiens Hugolinus unter der Regierung Kaiser Friderich der anderen die Longobardische Lehnrechts - Bücher unter der Benennung der zehnten collation denen Novellen des Kaisers Iustiniiani angehängt habe? in eius rechtlichen Anmerkungen num. XII.

IDEM

IDEM de Hugolino decimae collationis auctore inter eius Obs. ad Proemium. Inst. Obs. XVIII.

Christ. Gottl. BVDER de prima placitorum feudalium collectione. in eius annoenitatibus iuris feudalis. p. I - 8.

Georg. Lud. BOEHMER de aetate vetustae collectionis consuetudinum feudatum quam vulgo libros feudorum vocant. Goett. 1744. et in eius observ. iur. feud. p. I. seqq.

IV.

HISTORIA IVRIS GERMANICI.

§. 165.

In enarrandis vltioribus iuris germanici fatis, ante omnia hic I. HISTORIA RECEPTIONIS LEGVM PEGRINARVM, nunc adhuc in germania valentium, praemittenda. 1) Facta nimurum est receptio a) iuris romani, quod Institutiones Iustinianae, Pandectae, Codex repetitae praelectionis et Novellae Iustiniani (§. 133.) continent; b) iuris canonico pontificii, quoad decretum Gratiani (§. 159.) et collectiones decretalium quarum §. 160. mentio facta; c) iuris feudalis Longobardici, quoad eam collectionem quae sub nomine: consuetudinum feudalium venit (§. 163.) 2) Haec receptio quoad tria haec iura peregrina simul, nimurum inde a Sec. XII., ast non nisi priuata auctoritate, cui postea accessit publica, de qua infra, facta; licet, in repugnancia iuris Romani et Canonici, iuri canonico semper prerogatiua datam esse, constet. 3) Occasio huius receptionis, partim inde repetenda, quod hoc tempore studiosa Germanorum iuuentus academias Italiae et Galliae adiret, ibique triplex hoc ius iis propositum; partim inde, quod a Sec. XIV. in Germania academie conditae, in quibus,

H 3

quoad

quoad iuris studium, non nisi hoc triplex ius peregrinum cupidae legum iuuentuti instillatum; partim ab erronea opinione quasi nostri Imperatores successores essent IUSTINIANI. 4) Quod sic ab initio gliscere coepit in foris germaniae ius peregrinum, sensim effecit, licet non omnes, saltem plerasque leges germanicas, quae adhuc valebant, et priuatorum iura et obligationes determinabant, in desuetudinem abiisse.

Chr. Gottl. RICCI *Spicilegium historico diplomaticum quo usus pragmaticus Iur. Iustinianeiam inde a Sec. XIII. et XIV. ostenditur.* Gothae

Polyc. LEYSER *de iure Iustinianeo a Lothario Imperatore in Germania minime introducto.* Helmst. 1727.

Henr. Christ. L. B. de SENCKENBERG *de receptione Iur. Rom. in Italia et Germania.* Vid. Digr. III. in eius methodo iurisprudentiae. Frf. 1756. 4.

Aug. de BALTHASAR *de tempore quo in Germania praesertim in Pomerania receperunt fuisse Ius Feud. Longob. Grifisw.* 1741. et apud IENICHEN in Thes. iur. feud. T. I p. 222, seqq.

Car. Leop. ERDTMANN *an ius romanum in Germania recepum esse condendi posse.* Goett. 1770.

Io. Steph. RÜTTER *wie das romische Gesetzbuch in Teutschland zur geistlichen Kraft gedieben sey.* Exstat haec obleratio in eius Beyträgen zum teutschen Staats- und Fürsten-Recht. P. 2. num. 23.

IDEM *wie mit dem Iustinianischen Gesetzbuch die Longobardische Lehnrechtsbücher in Teutschland zur Rechiskraft gedieben.* I. c. num. 24.

IDEM *wie das päpstlich canonische Recht in Teutschland aufgekommen?* I. c. num. 25.

De receptione corporis iuris canonici in Germania in I. A. RIEGERI Opusc. ad hist. et iurispr. ecclesiasticam pertinentibus. Opusc. VIII. p. 199.

§. 166.

§. 166.

Porro hic, quoad vteriora fata iuris germanici, agendum II. de COLLECTIONIBVS CONSVETVDINVM GERMANICARVM quae hoc tempore priuata auctoritate factae sunt eo fine, ut earum memoria et obseruantia, contra impetum iuris peregrini, conseruentur. Sunt hae collectiones, partim *magis vniuersales*, quae sub nomine *iuris Caesarei* (Käyserrecht) veniunt; partim *magis particulares*, quae vel *ius prouinciale* (Landrecht); vel *ius feudale* (Lehnrecht); vel *ius municipale* (Weichbild); vel *Ordo iudicarius* (Richtstieg) appellantur. Quum vero singulas has collectiones hic recenseri non sit huius loci, earum tantum, quae inter reliquas eminent, hic mentio facienda.

Adriaan STEGER de plebiscito Germaniae mediae, vulgo Landrecht dicto. Lips. 1765.

Henr. Christ. L. B. de SENCKENBERG Vistones diuersae de collectionibus legum germanicarum. Lips. 1765. 8.

§. 167.

Quoad COLLECTIONES MAGIS VNIVERSALES, hic ea collectio noranda, quam sub nomine *iuris Caesarei* in lucem protraxit PERILL L. B. de SENCKENBERG, et verosimiliter demum circa finem Sec. XIII., vel ineunte Sec. XIV., compilata.

Aug. Frid. SCHOTT Geschichte des Streits über den Urheber, das Alter, und den Gebrauch des Senckenbergischen sogenannten Käyserrechts in eius Vnpartheyischen Critik. P. I. p. 740.

Io. Christ. RUDOLPH de vere legum collectione vulgo Ius Caesorum dicta. Erlangae 1759.

§. 168.

§. 168.

Quod attinet COLLECTIONES MAGIS PARTICVLARES et quidem eas quae sub iuris I) prouincialis nomine veniunt, notari merentur :

I. IUS SAXONICVM PROVINCIALE seu SPECVLVM SAXONI CVM (das Sachsische Landrecht) cum lege Saxonum (§. 140.) non confundendum.

II. IUS PROVINCIALE ALEMANNICVM seu Sueicum, quod etiam SPECVLVM SVEVICVM appellari solet. Hae collectiones in eo conveniunt, quod sint priuatorum opus et Sec. XIII. compilatae, licet Speculum Saxonicum ante Speculum Sueicum conscriptum esse constet. Prioris speculi auctor est EPKO a REPKO, posterioris auctor vero ignoratur. Ceterum nomen Speculi Sueuci commentitium est, cum in Suevia, vel ex moribus Sueuorum, collectum esse dici nequeat.

Io. Bernh. FRIESE de iuris Saxonici prouincialis compilatione. Ienae 1718.

Euch. Gottl. RINCK de Speculo Saxonico fonte iuris Saxonici communi. Alt. 1718.

Ge Henr. AYRER de aetate speculi saxonici Speculo Suelico anterioris. Goett. 1742.

Io. Ad. LACKMANN an unquam Speculum Saxonicum existiterit specul. Epkonis a Repgo antiquius. Kil. 1748.

Io. Gottl. GONNE de commento Speculi Sueuci, nec non iuris Sueuci s. Alemannici quod in illo haberi creditur. Erlangae 1753.

Phil. Iac. LAMBACHER de aetate iuris illius antiqui germanici quod vulgo speculum Sueicum vocatur. Viennae 1739.

Io. Christ. MECKBACHS Beweis daß der Sachsen Spiegel größtentheils aus den capitularibus Regum Francorum genommen sey. Eisenberg 1765.

Io.

Io. Henr. Gottl. von IVSTI von dem Alterthum des Sachsenpiegels in EIVS hift. und iurist. Schriften B. I. num. 4.

Christ. Ludw. SCHEIDT Ob der Sachsenpiegel auf der Kirchenversammlung zu Basel als kerzerisch verdampt werden apud SCHOTTVM in dem iuristischen Wochenblatte B. 2. S. 568.

Io. Christ. KINDT de articulis Speculi Saxonici reprobatis. Lips. 1761.

§. 169.

Sequuntur eas collectiones magis particulares quae sub 2) iuris feudatis nomine opponuntur iuri provinciali, inter quas notandae sunt sequentes:

I. AVCTOR VETVS DE BENEFICIIS, cuius compilatio-
nis auctor ignoratur et certa aetas definiri ne-
quit, licet antiquissimam collectionem, et iam
Sec. XII. factam esse, defendi possit.

Io. God. SCHAVMBVRG Cnielcura noua de auctoris veteris de
beneficiis vetustate Rint 1736 et apud IENICHEN in
Thesauro Iur. Feud Tom. I. p. 347 - 356.

II. IUS FEVDALE SAXONICVM, quae collectio velut al-
teram Speculi Saxonici partem constituit, hinc,
quae de Speculo Saxonico dicta sunt, et hic
valent.

Bernh. Frid. Rud. LAVHN von dem sogenannten Sächsischen-
Lehnrecht als einer Sammlung gemeiner teutscher Lehn-
gewohnheiten in SCHOTTI iuristischen Wochenblatt B. I.
S. 369. seqq.

III. IUS FEVDALF ALEMANNICVM seu SVEVICVM, quod
itidem pro parte altera Speculi Sueuici haben-
dum, indeque quae de eo dicta sunt etiam hu-
trahi possunt.

H 5

§. 170.

§. 170.

Porro quoad 3) *iura municipalia* notari mere-
tur **IUS MUNICIPALE VEL WEICHBILDICVM SAXONICVM** seu
MAGDEBURGENSE, quae collectio in fine Sec. XIII. pri-
vata auctoritate facta, et ob insignem Scabinatus Mag-
deburgici claritatem magnam nota est auctoritatem.

Io. Zach. HARTMANN de *etymologia vocis Weichbild*. Kilon
1734.

Io. Theod. LICHENSTEIN de *iure Weichbildico Saxonico ex*
documentis Helmstadiensibus illustrato. Helmst. 1748.

Lud. MENCKEN Progr. quo confirmationem *Weichbildi quae*
Ottoni I. tribuitur historiarum fide defitui ostenditur, in **IUS**
Sel. Diff. iurid. p. 884. seqq.

Bernh. Frid. Rud. LAVHN vorläufige Anzeige von dem Alter des
von den Schöppen zu Magdeburg abgefassten Magdeburgischen
Rechts. Iena 1763.

§. 171.

Tandem quoad collectiones quae sub 4) *ordinis*
iudicarii nomine veniunt notandum, duplicum talem
collectionem, quae rem iudicariam Germanorum,
imprimis Saxonum, describit, existare. Altera est
ORDO IUDICARIUS IURIS PROVINCIALIS SAXONICI (der
Richtsteig Landrechts); altera **ORDO IUDICARIUS IURIS FEUDALIS SAXONICI** (der Richtsteig Lehnrechts).

§. 172.

Absolutis collectionibus consuetudinum germanarum quae priuata auctoritate factae sunt, se-
quuntur **LEGVM SCRIPTARVM GERMANICARVM NVNC**
ORTARVM NOVAE SPECIES, quae reduci possunt ad huius
ævi *Leges imperii; Leges provinciales et Statuta ur-*
bium, de quibus nunc sigillatim agendum. Hunc
in finem praemonendum sub nomine legum imperii
(Reichs-

(Reichsgesetze) mihi hic, et in sequenti epocha, in sensu generaliori venire omnes leges germanicas scriptas, quae ipsum Imperium Rom. Germ. potius, quam singulas prouincias eius et in iis existentes vniuersitates personarum, concernunt. In hoc sensu itaque, nonsolum in comitiis imperii per voluntatem Imperatoris et statuum constitutae leges ad leges imperii referri debent: sed et omnes aliae leges germanicae quae sub data definitione comprehendi possunt. Interim tamen notandum leges imperii quae in comitiis per voluntatem Imperatoris et Statuum imperii constitutae sunt, dici *Conclusa Imperii* (Reichsschlüsse), ex quibus, si finitis comitiis singula conclusa imperii in generalem formulam rediguntur, oriuntur *Recessus imperii* (Reichsabschiede). Recessus imperii vero sunt, vel *vniuersales*, seu Recessus imperii stricte sic dicti, vel *particulares*, qui dicuntur *Recessus deputationis* (Reichs-Deputations-Abschiede), quorum etiam referri possunt *Recessus visitationis cameralis*. Praeterea Recessus imperii, vel *speciale nomen habent* a speciali materia in iis contenta, vel sub *generali nomine Recessum imperii* veniunt, et secundum tempus quo prodierunt a se inuicem distinguuntur.

Er. MAVRITIUS de *recessibus imperii* Tub. 1687. et in eius Opus. p. 89.

Einleitung in die Geschichte der deutschen Reichsabschiede, quae praemissa Collectioni Rec. imp. Frf. 1747. fol.

§. 173.

Quod attinet I. *leges imperii* inter eas quoad hoc aeuum praesertim notandae sunt sequentes:

I. va-

I. VARIAE CONSTITUTIONIS IMPERIALES DE PACE PVBLICA, quas sigillatim recensere operaे pretium non est.

II. RECESSVS IMPERII de a. 1235.

Frid. Iac. BEISCHLAGS *historische Erläuterung des bekanten problematis: ob vnter der Regierung Käyser Friederich II. auf dem großen Reichstage zu Mainz 1235. den 3. Aug. der Reichsabschied zum allererstenmal in deutscher Sprache abgefaßet und publiciret worden sei?* Schwaeischhalle 1737. fol.

Continuata collectio epistolarum de epocha linguae germanicae in constitutionibus imperii publicis. Norimb. 1738. fol.

III. VNIONES ELECTORALES (Churfürsten Verein) quae sunt pacta Electorum inter se, de coniungendis viribus ad conservationem iurium imperii et in specie electoralium. Prima earum a. 1338. inita, eamque variae successione sunt sequutae, et nouissima est quae a. 1764. inita.

Io. And. HOFFMANN *Selecta de unione Electorum*, Ienae 1755. 4.

Io. Nich. DAHM *de unione electorali*. Mainz 1745.

Sichere historische Nachricht von der im Jahre 1764. erfolgten Erneuerung der Churverein. Regensb.

IV. AVREA EULLA CAROLI IV. in comitiis tum Norimbergensibus, tum Metensibus facta et a. 1356. publicata.

Io. Georg. PAGENDARM *de Carolo IV. Rom. Imp. inter A. B. eiusdemque latinae scriptores porissimum referendo.* Ienae 1734.

Car.

Carl. Sigism. HOLTZSCHVER Or. de comitiis a. 1336. celebratis, in quibus Caroli IV. Imp. aurea bulla fuit sancita. Accessit index diplomatum tempore istorum comitiorum Norimberge promulgatorum, itemque variorum A. B. exemplarum MSS. et typis impressorum. Alt. 1735. 4.

V. CONCORDATA NATIONIS GERMANICAE de a. 1448.
quae sunt pactum inter FRIDERICVM III. et NICOLAVM V. de prouisione beneficiorum in Germania.

Concordata nationis germanicae integra, sive noua et praecipua
Concordatorum Principum sub Eugenio IV. nec non Con-
cordatorum Aſchaffenburgenſium sub Nicolao V. editio.
Praemissa introducione historica, cauſam eorum et origi-
nem breuiter, sed ſolide, ad ambrante. Erf. 1763. 4.

§. 174.

Legum imperii hoc tempore ortarum histo-
riam, excipit historia 2) LEGVM PROVINCIALIVM hu-
ius aeui, id est, earum legum germanicarum scri-
ptarum quae singula germaniae territoria concer-
nunt. Iam hoc tempore enim prodierunt iura pro-
vincialia publice promulgata, hincque a collectio-
nibus confuetudinum germanicarum priuatim factis
(§. 167. seqq.) distinguenda. Huc pertinent e. g.
Ius prouinciale Bauaricum de a. 1346.; *Ius vetus
Frifum* ineunte Sec. XIV. conditum.

§. 175.

Tandem et 3) STATUTORVM VRBIVM, id est, ea-
rum legum germanicarum scriptarum quae vrbes
concernunt, hic mentio facienda, quam et eorum
ini-

initium in haec tempora cadat. Inter ea hic praesertim notari merentur *Ius Susatense* Sec. XII. latine conscriptum; *Ius Suerinense* a. 1222. compilatum; *Ius Lubecense antiquissimum*, cum iuris statutarii Lubecensis initia in Sec. XII. ponenda; *Statuta Hamburgensia antiquissima*; *Statuta Stadensia* de a. 1279.

Christ. NETTELBLADT de fontibus iuris Lubecensis. Rost 1727.
Ernst. Ioach. WESTPHAL de origine et fontibus iuris Lubecensis. Erf. 1731.

Io. Steph. FÜTTER *Statuta Stadensia* de a. 1279. ex Codice authentico accurate descripta, cum introductione historica, lectionum varianum farragine et glossario specimen. Goett. 1766.

Iac. SCHVBACK de origine statutorum Hamburgensium non Suerensi. Goett. 1749.

EPOCHA V.

A MAXIMILIANO I. AD HVNC
VSQVE DIEM.
SEC. XVI. XVII. XVIII.

I.

HISTORIA IVRIS ROMANI CANONICI ET
FEVDALIS LONGOBARDICÆ.

§. 176.

Quum, quod attinet fata quae iura peregrina hoc tempore habuerunt, ea in eo conueniant, quod nunc receptionem eorum *priuatam* in Germania (§. 165.), subsequuta sit *publica* eorum receptio: historia receptionis horum iurium supra coepit, nunc continuanda et absoluenda. Tandem enim ius

ius peregrinum triplex, quod iam inde a Sec. XII. priuata auctoritate in Germania receptum, nunc, circa finem Sec. XV. et ineunte Sec. XVI. expresse publicis etiam legibus et constitutionibus est receptum et comprobatum. Ab hoc tempore enim sub denominatione *der gemeinen Rechte, der Koyserlichen Rechte*, in variis legibus imperii, non cuidam parti, sed his iuribus, iam antea priuatim in complexu introductis, et non in hac vel illa prouincia tantum, sed per vniuersam Germaniam, vis obligandi data est, sicque haec receptio *vniuersalis et generalis* est. Interim eam, et quoad leges germanicas ante receptionem ortas, non nisi *subsidiariam* esse, negari nequit, quatenus nimirum hae leges germanicae, nec ante, nec per introiectum ius peregrinum, in vsu et obseruantia esse desierunt.

Frid. Gottl. ZOLLER Diff. *verum ius romanum per legem publicam in germania sit receptum.* Lips. 1768.

§. 177.

Quod attinet reliqua fata trium iurium peregrinorum, non nisi quoad *iuris canonico pontificii* vltiora fata, sequentia notanda sunt. 1) Postquam purior Euangelii lux affulsit, auctoritas eius valde immutata est a) *generatim* per nouas leges imperii ecclesiasticas; b) *speciatim* quoad euangelicos, dum per se vim et auctoritatem obligandi in germania amisit, quatenus repugnat legibus imperii ecclesiasticis nunc sanctis, vel principiis euangelicorum. 2) Post dictas (§. 159. 160.) collectiones, quae corpus iuris canonici constituant, leges ecclesiasticas nouissimas, quae ad ius canonico-

pon-

pontificium pertinent, accessisse et adhuc accedere per 1) CANONES RECENTIORVM CONCILIORVM, inter quae potissimum notandum CONCILIVM TRIDENTINVM a. 1562. finitum; 2) CONSTITVTIONES FAPALES, quae sub Bullarum et Breuium papalium nomine veniunt, 3) STATVTA SYNODALIA ET ALIA IVRA PARTICULARIA IN PRAELETORVM DIOECESIBVS.

II.

HISTORIA IVRIS GERMANICI.

§. 178.

In enarrandis recentissimis iuris germanici fatis et hic legum imperii; legum prouincialium et statutorum urbium, vltiora fata a se inuicem distinguenda sunt.

§. 179.

Quoad I. LEGES IMPERII itaque hic notandum, potiores earum hoc tempore demum ortas, hinc que eas nunc sigillatim recensendas esse, potissimum secundum ordinem chronologicum. Sunt vero inter leges imperii recentiores potiores hae:

I. PAX PVBLICA seu PROFANA (der Landsfriede) de a. 1495. cum eius additamentis et emendationibus de a. 1548. et 1555. per quam iuris manuarii usus plane prohibetur, siveque haec lex differt a praecedentibus constitutionibus de pace publica (§. 173).

Io. Phil. DATT de pace imperii publica lib. i quinque 1708. fol.

II. CONSTITVTIO MAXIMILIANI I. DE NOTARIIS a. 1512. promulgata.

III.

III. CAPITULATIONES CAFSAREAE, quae sunt pacta conuenta inter Imperatores et electores, per quae limites potestatis civilis in Imperatores translatae, determinantur. Inter has capitulationes prima est Capitulatio CAROLI V. de an. 1519. quam tot sequentiae sunt capitulationes, quot post eum regnarunt Imperatores, et singularia nomen habent ab eo Imperatore cuius capitulatio sunt.

Henr. Gottl. FRANCKENS *Vorrede von den verschiedenen Bt. nennungen, Vorfprung, Schicksalen etc. der Kaiſ. Wahlcapitulation quae praemissa eius editioni Capit. Francisci I. Lipſ. 1745. 8.*

IV. RECESSVS IMPERII WORMATIENSIS de a. 1521.

V. CONSTITUTIO CRIMINALIS CAROLINA an. 1532. publicata.

Christ. THOMASIVS *de occasione, conceptione et intentione constitutionis criminalis Carolinae.* Halae 1711.

Io. HORIX *Wahre Veranlassung der peinlichen Halsgerichtsordnung K. Carls des Fünfens.* Mainz 1757. 4.

VI. TRANSACTIO PASSAVIENSIS de a. 1552.

VII. RECESSVS IMPERII de a. 1555.

VIII. PAX RELIGIOSA (der Religionsfriede) quae huic Rec. Imperii §. 7 - 30. inserta, eaque lex imperii est, per quam ob religionem ortae contentiones in Germania hoc tempore composita sunt.

Io. Casp. BARTHEL *Historia et generalia pacificationum imperii circa religionem.* Wicelb. 1736. et in EIUS Opusc. P. I. pag. 1 - 104.

Franc. Ign. WEDERKIND *Succincta historiae pacificationem religiosam concernentis synopsis.* Fuldae 1738. et in SCHMIDII Thes. diss. iur. eccles. P. I. pag. 399.
(Syst. doctr. propaed.) I Io.

Io. Dav. KOEHLER de prima pace religiosa Norimbergensi. Alt. 1732.

Christ. LEHMANN Acta publica et originalia de pace religionis, das ist, Reichshandlungen, Schriften und Protocolle über die Constitution des Religionsfriedens. Franckf. 1631. 1640. 4. 1709. fol.

LEHMANNVS supplex et continuatus. Franckf. 1709.

Geschichte des Religionenkrieges vnd des dargan erfolgten Religionsfriedens als eines Reichsgrundgesetzes. Gota 1755. 4.

IX. ORDINATIO EXECUTIONIS in dicto recessu itidem obuia, et postea saepius in aliis recessibus imperii repetita et emendata, qua ordo et modus pacem publicam tuendi, adeoque adversus profanae pariter ac religiosae pacis violatores procedendi, decretaque imperii, cum primis sententias summorum imperii Tribunallum, aduersus eosdem executioni mandandi, definitus est.

X. ORDINATIONES CAMERALES, quae diuidendae in antiquas, scilicet ante a. 1555. conditas; nouam, quae nimurum a. 1555. condita, et conceptum ordinationis cameraleis a. 1613. in comitiis Ratisbonensibus ad examinandum propositum. Caeterum adhuc norandum, sic dictas constitutiones imperii de litigiosa possessione; de pignorationibus et de arrestis sub CAROLO V. latae, nunc ordinationi camerali esse interfertas.

Henr. LINCK Diff. duae de concepto renouatae ordinationis cameraleis. Alt. 1681. 1682. Ansp. 1750.

XI. RECESSVS IMPERII de a. 1559.

XII. ORDINATIO MONETARIA post alias praecedentes leges monetarias a. 1559. publicata.

XIII.

XIII. ORDINATIO POLITIAE de a. 1577. quam praecesserunt aliae.

XIV. RECESSVS DEPVTAIONIS de a. 1600.

XV. PAX WESTPHALICA, quae est pax a. 1648. in Westphalia, tum inter Imperatorem et status inter se, tum inter virosque et Reges Galiae et Sueciae, inita, qua negotia religionis, et ad statum publicum pertinentia, definitur. Duplex inde ortum instrumentum, scilicet CAESAREO-GALLICVM, Monasterii, et CAESAREO-SVECICVM, Osnabrugis a. 1648. subscriptum, licet posterius ad statum imperii formandum potissimum spectet, et simpliciter sub nomine INSTRUMENTI PACIS WESTPHALICAE veniat.

Io. Gottfr. de MEIERN *acta pacis Westphalicae publica* Partes

VI. Hann. et Goett. 1734. - 1736. fol.

EIVSDEM *acta pacis executionis publica*. Partes II. Ibid 1736. 1737. fol.

Io. Lud. WALTHER *Universal Register ueber die acta pacis Westph. et executionis*. Götting. 1740.

XVI. ORDINATIONES IUDICII IMPERIALIS AVLICI, quae itidem, vel antiquae sunt ante a. 1654. conditae, vel noue de a. 1654.

Frid. Carl. MOSERS *pragmatische Geschichte und Erläuterung der Kaiserlichen Reichshofratsordnung*. Franckf. 1751. 1752. 3.

XVII. RECESSVS IMPERII NOVISSIMVS de a. 1654.

Io. Gottfr. de MEIERN *acta comitaria Ratisponensis publica, oder Regensburgische Reichshandlungen und Geschichte von den Jahren 1652. und 1654.* Goett. T. I. II. 1736. 1740. fol.

XVIII. CONCLVSA IMPERII NOVISSIMA IN RECESSVM IMPERII NONDVM REDACTA e. g. Reichsfchluß wegen der Handwerksmisbräuche de a. 1731.

Gottfr. Dan. HOFFMANN *de novo Recessu imperii confiando consilia hoc et superiori seculo agitata*. Tübing. 1753.

Caeterum adhuc notandum *paces post pacem Westphalicam initas imperium Rom. germ. simul obligantes*; nec non *Recessus circulares; Conclusa corporis euangelici et recentiorum Imperatorum edicta*, ad leges imperii in dicto §. 172. sensu referri posse.

§. 180.

Sequuntur II) LEGES PROVINCIALES RECENTIORES, de quibus generatim praemittendum, eas inde a reformatione Lutheri vel *seculares, vel ecclesiasticas*, ab obiecto ita dictas, esse. Postiores sub nomine der *Kirchenordnungen; Consistorialordnungen etc.* veniunt. Priors vero, vel generaliter *Landesordnungen*, vel specialiter *Policeordnungen; Wechselordnungen; Procesordnungen; Criminalordnungen; Canzelei Hofgerichts-Regierungs-Tribunals-Oberappellationsgerichtsordnungen; Iuslitz Reglements etc.* appellari solent. Quod vero attinet singulas earum species innumeratas, de iis hic non agendum, sed earum notitia per studium historiae iuris patrii (§. 80.) acquirenda, et hic tantum monendum huc etiam referri debere celebrem ORDINATIONEM CRIMINALEM BAMBERGENSEM a. 1508. ab Episcopo Bambergensi in sua dioecesi publicatam.

§. 181.

Tandem et hoc pertinent III) RECENTIORA VBIUM STATUTA, quae vel sub generali nomine der *Stadtrecpte*, vel sub speciali quodam nomine e.g. *Feuerordnungen* prodierunt. Quum vero et harum legum specialior notitia ad studium historiae iuris patrii referri debeat, nec hic ad singulas species descendendum, inter quas caeterum eminet e. g. ius Lubecense hodiernum.

III.

III.
HISTORIA
LITTERARIA IVRIDICA
VNIVERSALIS.

I 3

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

PRAECOGNITA
HISTORIAE LITTERARIAE IVRIDICAE
VNIVERSALIS.

§. 182.

Datur pars eruditionis quae dicitur HISTORIA LITTERARIA seu LITTERATURA SPECIALIS, et in tot abit partes, quot sunt eruditionis partes (§. 14.). Quum itaque inter partes eruditionis etiam sit iurisprudentia positiva, inde oritur HISTORIA LITTERARIA IVRIDICA, (*die iuristische gelehrte Historie*) quae etiam LITTERATURA IVRIDICA, ut et HISTORIA IVRIS LITTERARIA, appellari solet, estque pars historiae litterariae seu literaturaे specialis, quae circa iurisprudentiam positivam versatur.

§. 183.

Differunt itaque historia litteraria iuridica et historia iuris in eo, quod 1) *historia iuris* versetur circa leges positivas: *historia litteraria iuridica* vero circa disciplinam quandam, *nimirum circa positivam iurisprudentiam*; 2) *historia iuris* non nisi facta: *historia litteraria iuridica* vero et alias veritates singulares fistat, quae statum entis, *nimirum ICTORUM* et scriptorum iuridicorum, concernunt (§. 83. et praec.).

§. 184.

Historia litteraria iuridica vel *vniversalis*, vel *particularis* est, prout haec disciplina, vel ad omnes partes iurisprudentiae positivae extenditur,

I 4 vel

vel ad certam quandam eius partem restrin-
gitur.

§. 185.

Vniuersalis historia litteraria iuridica abit in tres partes, quae sunt: NOTITIA ICTORVM seu BIOGRAPHIA, (*die Kenntnis der Rechtsgelehrten*); HISTORIA IURISPRUDENTIAE, (*die Historie der Rechtsgelahrtheit*); et NOTITIA SCRIPTORVM IURIDICORVM seu BIBLIOGRAPHIA IURIDICA, (*die Kenntnis der iuristischen Schriften*): quarum *ista* notitiam eorum eruditorum qui iurisprudentiam posituam excoluerunt vel adhuc excolunt, siveque iurisconsultorum; *illa* iurisprudentiae posituue in se consideratae sunt; *haec* scripta quae continent veritates iuridicas, siveque scripta iuridica, concernit.

§. 186.

Quod attinet particularis historiae litterariae iuridicae partes, eae differunt pro partium iurisprudentiae posituue diuersitate. Est vero hic partium iurisprudentiae, quae a ICtis constitutae sunt, non quae constitui debent, si ea adaequata methodo tractanda, ratio habenda, indeque abit in historiam litterariam iuridicam partium iurisprudentiae principaliuum (§. 47. seqq.), et minus principalium (§. 51.) veluti iuris militaris; cambialis; metallici; maritimi; cameralis; priuati illustrium seu statuum imperii etc. Quaelibet harum partium vero admittit subdivisionem in Notitiam eorum ICtorum quorum praecipue existant in quamlibet barum iurisprudentiae partium merita; Historiam cuiuslibet barum iurisprudentiae partium; Notitiam scriptorum cuiuslibet barum

rum

vum partium, in eodem sensu, in quo historia litteraria iuridica vniuersalis in has partes diuisa est.

§. 187.

Quod caeterum attinet historiae litterariae iuridicae vniuersalis 1) *fontes*; 2) *subsidia*; 3) *methodum docendi et discendi eam*; ut et 4) eius *necessitatem* et *vitilitatem*, specialia, quae tantum de hac parte historiae litterariae valent et hic tradenda, non obveniunt, praeter id *subsidium* quod est *Notitia scriptorum litterariorum iuridicorum*.

§. 188.

Sunt vero scripta litteraria iuridica vel *generalia*, vel *specialia*, prout ad certam eius partem referri nequeunt, vel possunt. De posterioribus suis locis agendum. Priora vero sunt:

I. *Elementa historiae litterariae iuridicae*, veluti
Gottl. STOLLII *Einleitung zur Historie der iuristischen Gelabreheit*. Ien. 1745. 4.

Aug. Rud. Ies. BÜNEMANNI *historiae litterariae iuris primae lineae*. Hannov. 1750. 8.

Io. Frid. EISENHARTI *Institutiones historiae iuris litterariae*. Helmst. 1752. rec. ibid. 1763. 3.

Car. Ferd. HOMMÉLII *litteratura iuris*, Lipf. 1761 rec. 1779. 8.

Mea *Initia historiae litterariae iuridicae vniuersalis*. Halae 1764. rec. 1777. 8.

II. *Ephemrides litterariae iuridicae* veluti

Aug. Frid. SCHOTT *unpartheische Critick ueber die neuensten iuristischen Schriften*. Lips. 1768. seqq.

Io. Christ. SELCHOW iurisprudens Bibliothek. Goett. 1764
seqq. §.

Io. Peter WALDECK Teutschlands litterarische Annalen der
Rechtsgelehrtheit. Erster Band. Litteratur von 1778. 8.

III. Observations litterariae iuridicae, veluti

Hallische Beyträge zu der juristischen gelehrten Historie. Hal-
le 1753. seqq. §.

PARS I.

NOTITIA ICTORVM.

§. 189.

Notitia ICTorum. (§. 185.) eo redit: praemissis
quae 1) de ICTis in genere eorumque ortu et
progressu praemittenda; 2) de singulis ICTis; tumque
3) de eorum statu seu conditione quoad animam, cor-
pus et statum externum agendum.

TIT. I.

DE

ICTIS IN GENERE EORVMQVE ORTV
ET PROGRESSV

§. 190.

Ii inter eruditos qui callent iurisprudentiam positi-
vam, seu eam excoluerunt et adhuc excolu-
lunt, dicuntur, nomine non satis apto, *Iurisconsulti*,
licet et sub *Iuristarum* nomine veniant. Imaginem
boni et veri nominis ICTi *Ulpianus* in l. 1. pr. et §. 1.
D de *I.* et *I.* ita describit: *Ius est a iustitia appellatum*, nam est ars *aequi et boni*, cuius merito quis nos sa-
cerdotes appellat. *Iustitiam* namque colimus boni et
aequi

aequi notitiam profitemur: aequum ab iniquo, licitum ab illicito discernentes; bonos nonsolum metu poenarum, verum etiam praeiorum exhortatione efficere cupientes; veram ni fallor philosophiam, non simulatam, affectantes. Sed dantur tamen *Pseudo-ICti*, qui non instructi sunt requisitis ad bonum et veri nominis ICtum necessariis, cuius farinae homines sunt 1) *Rabulae*, qui in praxi iuridica leges torquent in aliorum iniuriam; 2) *Iurisscientes*, qui in sola theoria iuris bene versati sunt, absque habitu tractandi negotia iuridica; 3) *Empirici* qui absque theoriae iurisprudentiae accurata notitia, vsu et exercitatione sibi compararunt habitum negotia iuridica tractandi; 4) *Leguleii* qui in theoria et praxi iuris quidem versati sunt, ast ultra debitum modum legum verbis stricte inhaerent.

Ernst Frid. MANTZEL Pr. de *Pseudo-ICtis von iuristischen Boenissen*. Rost. 1728.

Christ. SCHOEN de *leguleiismo* Erf. 1714.

Io. Ernst. SPITZ de *iurisconsulto a iurisperito, legulejo et rabula quam maxime diuerso*. Erf. 1759.

§. 191.

Quod attinet ICtorum ortum, prout ante diluvium mundi uniuersale nondum existerunt ICti: ita nec statim post diluvium, nec statim post urbem Romanam conditam, ortum traxerunt. Originem potius coeperunt ICti apud *Romanos*, post tempus quo LL. XII. Tabb. compilatae, a Prudentibus, quibus auctoritas prudentum originem debet (§. 112.), eate-nus distinguendi, quod primi inter Prudentes ICti non fuerint. Est potius primus ICtus APPIVS CLAV-

DIVS,

DIVS, coecus dictus, ab illo APPIO CLAVDIO, qui inter Decemviros erat, diuersus.

§. 192.

Haec apud Romanos orta noua eruditorum species, per longum temporis intervallum apud *solas Romanos* exstitit, donec tandem, praesertim post factam iuris romani receptionem in plerisque Europae regnis (§. 165.), et inter aliorum populorum eruditos ICti orti sunt.

§. 193.

Qui sic orti et propagati sunt, ab aliis sub ICtorum nomine se distinguentes, eruditii, ab origine sua ad hunc usque diem nunquam deferunt: sed potius inter alios eruditos, ut laeta seges, effloruerunt florentque, aliis eruditorum speciebus in omnibus similes. Vnde nonsolum generales eruditorum divisiones, veluti quod alii eruditii sint vel *primi ordinis* eruditii seu *inuentores* vel *secundi ordinis*; vel *pragmatici* vel *non pragmatici eruditii*; vel *seccatores* vel *eclectici* etc. ad ICtos applicari possunt: sed et dantur *speciales* eorum diuisiones, veluti in *Ciuitatis* olim *Legistas* dictos; *Canonistas* olim *Decretistas* dictos; *Publicistas*; *Feudistas*: nec non in *Humanistas* seu *ICtos elegantiores* et *Realistas* etc.

Io. Vir. L. B. de CRAMER Or. de ICto inuentore. Marb. 1733.
et Opusc. T. III. num. 13.

Io. Iac. MOSERS Praef. von brauchbaren Rechtsgelehrten, quae eius Lexico ICtorum, praemissa.

TIT.

T. r. II.

DE SINGVLIS ICTIS.

§. 194.

Singulorum ICtorum notitia vastum habet ambitum, quum ICtorum, qui per scripta in clarae runt, numerus adscendat ultra quindecim millia. Singulos itaque ICtos, qui vñquam vixerunt et adhuc viuunt, hic recensere a praesenti instituto alienum, sive tantum constituenda sunt *certae ICtorum classes*, secundum quas singulorum ICtorum nomina et fata recenseri possunt, ita ut secundum tempora quibus vixerunt se excipient.

§. 195.

Sunt itaque ICti diuidendi in ANTIQVOS, sub quibus ii comprehendendi debent, qui vsque ad tempora IRNERII, sive ante Sec. XII. vixerunt, vel, licet aetate IRNERIVM superent, eius successores non sunt; MEDIOS, qui hos sequuti sunt, et antequam ICti sub initium Sec. XVI. cooperunt per litterarum elegantiorum cum iurisprudentia coniunctionem eam excolere, vixerunt; novos, qui post hoc tempus vixerunt et adhuc viuunt.

§. 196.

ANTIQUI icti sunt vel *ICti romani stricte sic diti*, qui nempe ab APPIO CLAUDIO vsque ad HERENIVM MODESTINVM floruerunt, vel *reliqui ICti veteres*. Inter priores ii qui floruerunt sub libera republika et *primaeni dicendi*, a reliquis sunt distinguendi. Posteriorem classem constituant omnes ICti qui ad-

adhuc Sec. III. post HERENNIVM MODESTINVM, et in reliquis seculis usque ad Sec. XII. immo, Graeciam quod attinet, ibi usque ad medium Seculum XV. floruerunt. Sunt partim *Civilistae*, partim *Canonistae*, et hoc etiam pertinent sic dicti *ICTI Graeco-Romani*, qui nimurum in Graecia, postquam ibi fuit Rom. Iustinianum vigere desit, usque dum ibi per Turcas Imperio Romano finis impositus est, sive a Sec. X. usque ad medium Sec. XV., (§. 142. 153.) floruerunt.

Io. Christ. FRANCKII *Vitae tripartitae ICTorum veterum a Bernh. RUTILIO IO. BERTRANDO et Guil. GROTI conscri-iae.* Halae 1718. 4.

§. 197.

Progedior ad *ICTOS MEDIOS* qui abeunt in *Glossatores* et *reliquos ICTOS medios*. Sub *Glossatorum* in sensu latiori sumitorum nomine vero comprehendendi possunt omnes ii *ICTI*, praeter Graecos - Romanos, qui ab IRNERIO usque ad BARTOLVM in aliis Europae regnis, praeter Graeciam, sive Sec. XII. XIII. et ex parte Sec. XIV. ibi floruerunt. Reliqui *ICTI* itaque inter eos qui medii *ICTI* sunt alteram classem constituunt. Caeterum *ICTI* medii utriusque classis et in eo inter se differunt, quod alii *Civilistae* seu *Legistae*; alii *Canonistae* seu *Decretistae*; alii *Feudistae*; alii *Germanistae* fuerint.

Guido PANZIROLVS de claris legum interpretibus libri quatuor.
Venetiis 1637. Lipsiae cura Christ. Godofr. HOFFMANNI
1721. 4.

§. 198.

Agmen *ICTorum claudunt ICTI RECENTIORES*
qui sunt vel *ICTI iam demortui*, vel adhuc *vientes*.

Prio-

Priores, siue sint Humanistae, siue Realistae, siue Ci-
uiliſtæ, siue Canonistæ, siue Feudistæ, siue Ger-
manistæ, siue Publicistæ, ſimpliciter ſecundum vi-
tae tempus, in ICtos SEC. XVI, ICtos SEC. XVII, et
ICtos SEC. XVIII. ſunt diuidendi. Posteriores vero
differunt in eo, quod alii in *Academis vel Gymna-*
ſiſis doceant, alii non.

Frid. Iac. LEICKHERI *Vitæ clarissimorum ICtorum* Lenae
1668.

Christ. BVDERI *Vitæ clarissimorum ICtorum.* 1722. 8.

Christoph. WEIDLICH *Biographische Nachrichten von den ietzle-
benden Rechtsgelehrten in Teutschland.* Erſter Th, Halle 1781. 8.

TIT. III.

D E

ICTORVM CONDITIONE QVOAD CORPVS, ANIMAM ET STATVM EXTERNVM.

§. 199.

Licit ICtorum ſtatus ſeu conditio quoad 1) *corpus* eorum, non differat a ſtatu et conditione aliorum hominum eiusdem aeratis et ſub eodem climate viuentium: huic tamen referri poſſunt varia themata, veluti de ICtorum *temperamento, morbis, foeminis iuris peritis* etc. Aſt hic his minutis inhaerere nolo.

§. 200.

Ratione 2) *animæ* conditio ICtorum determinatur per vitia moralia virtutesque morales eorum, nec non per vitia intellectualia et virtutes intellectualles. Quod itaque attinet *vitia intellectus iisque op-
poſitas virtutes intellectuales*, quae reduci poſſunt ad ſcien-

scientiam et capacitatem (§. 19.), veteres ICtri utriusque huius virtutis magnam laudem sunt consequuti, et licet *mediorum* ICtorum scientia tanta non fuit, magna tamen omnino fuit eorum capacitas. *Recentiores* ICtri vero iterum ad veterum ICtorum gloriam adscendunt. Quoad *vitia moralia virtutesque morales*, ICtri, praesertim recentiores, apud multos quidem male audiunt: ast et hic valet, sunt boni mixti malis.

§. 201.

Conditio ICtorum quoad *statum externum* redit ad eorum natales, honores stricte sic dictos, auctoritatem, amicos et osores etc. Ast sufficiat hic tantum in genere, quoad eorum *existimationem civilem*, moneri, eam semper magnam fuisse, siue antiquos, siue medios, siue recentiores ICtos cogites. Superauerunt fere semper ratione existimationis reliquos eruditos, nec bonae eorum existimationi inde aliquid decedit quod ob *vitia moralia*, quae iis, licet immerito, obiici solent, varia excogitata sint scommata in eos iniuriosa.

PARS II.

HISTORIA IVRIS PRUDENTIAE.

§. 202.

Absoluta ICtorum notitia, nunc ipsius iurisprudentiae fata recensenda sunt in historia iurisprudentiae (§. 185.). Haec fuerunt alia ab origine huius disciplinae usque ad Sec. XII. sicque sub ICtis antiquis; alia a Sec. XII. usque ad Sec. XVI. sicque

lib

sub *ICtis mediis*; alia a Sec. XVI. ad hunc usque diem,
sicque sub *ICtis recentioribus*.

EPOCHA I.

DE FATIS IVRISPRUDENTIAE SVB ICTIS

ANTIQUIS SICQUE AB ORIGINE IVRISPRUDENTIAE

VSQVE AD SEC. XII.

§. 203.

Quum, antequam *ICti* orti sunt, iurisprudentialiam existuisse impossibile sit, ex iis quae de *ICtorum ortu* §. 191. dicta sunt, facile patet iurisprudentiam apud Romanos, et quidem post conditas LL. XII. Tabb. demum ortam esse, sicque omnium iurisprudentiae partium antiquissimam esse IVRISPRUDENTIAM ROMANAM. Dum enim sic dicti Prudentes apud Romanos (§. 112.), a quibus descendunt *ICti* (§. 191.), leges interpretandi officium sibi simabant, et id agebant, ut omnium negotiorum, tum apud Magistratus, tum priuatim peragendorum, certae quaedam formulae, ritus et solennitates exstarent, indeque quoad modum peragendi negotia coram Magistratu *legis actiones*, quoad modum expediendi reliqua negotia vero, *actus legitimi* originem traxerunt, et *ius formularium* ortum, tandem, postquam veritates de hoc iure formulario in aliquam artis formam redactae, inde orta est noua eruditioinis pars quae sub iurisprudentiae nomine venit, cuius prima stamina in APPII CLAVDII, primi *ICti* (§. 191.), libro de *Actionibus* et in SEXTI AELII *Tripartitis* contenita sunt.

(Syst. doctr. propaed.)

K

§. 204.

§. 204.

Sic orta iurisprudentia Romana successu temporis magis magisque exulta, praesertim postquam philosophiae studium apud Romanos introducetum. Icti antiqui enim non solum per scripta varii generis ab iis edita, sed et praeterea alios docendo viua voce iurisprudentiam, effecerunt eam incrementa cepisse. Alio modo vero docuerunt iurisprudentiam Icti Romani ante aliter post ortum scholarum in iis constituti Icti Antecessores, qui ad docendum ius Romanum, in scholis iuris Romani, Romae, Beryti et Constantiopoli publica auctoritate constitui erant. In eorū tantum tristia iurisprudentia experta est fata, quod tempore Avgvsti dissensiones Ictorum in sectas Sabinianorum et Proculianorum erumperent.

Gottfr. MASCOV de sectis Sabinianorum et Proculianorum in iure civili. Lips. 1728, 8.

§. 205.

Nec cessauit vñquam studium iurisprudentiae per totum tempus quod haec epocha includit; licet sint qui defendunt in Occidente, post barbarum gentium inuasionem, eam non amplius vsque ad Sec. XII. excultam esse. Interim sereniora fata iurisprudentiam in Oriente expertam esse, quam in Occidente, negari nequit.

EPOCHA II.

DE FATIS IVRISPRUDENTIAE SVB ICTIS

MEDIIS SICQVE A SEC. XII. VSQVE AD SEC. XVI.

§. 206.

Maxime notatu digna sunt quae habuit Sec. XII. iurisprudentia fata. Quod enim attinet iurisprudentiae romanae fata, ea, postquam adhuc Sec. XII. XIII. XIV, ut ante, in oriente exculta, ibi Sec. XV. plane deleta. In Occidente vero ineunte Sec. XII. per IRNERIVM Bononiae studium iuris romani licet non nouiter introductum, ab hoc tempore tamen magis florere coepit, ac ibi floruerat per aliquot tempus retro. Quumque hoc tempore multi in studio iuris romani profecerant in Italia, siue et alibi scholas iuridicas aperirent, breui tempore per vniuersam fere Europam studium iuris romani propagatum.

§. 207.

Sed et praeterea Sec. XII. occasione compilationis Decreti (§. 159.) a GRATIANO factae, originem coepit IVRISPRUDENTIA CANONICO PONTIFICIA, quae praeter iurisprudentiam romanam ab hoc tempore exculta, licet alii studio iuris romani, alii vero studio iuris canonico-pontificii vacabant.

§. 208.

Incidit etiam in hoc tempus IVRISPRUDENTIAE FEVDALIS LONGOBARDICAE ortus, postquam Feudista auctore prodierant vulgo sic dictae consuetudines feudorum (§. 163.); indeque studium iuris feudalium Lon-

K. 2

go-

gobardici adiunctum studio iuris ciuilis seu romani
et canonico-pontificii.

§. 209.

Eodem modo vero excoluerunt has tres iuris-prudentiae partes ICti huius aeui seu medii ICti, tam in Italia, quam extra Italiam. Docebant nimurum eas in academiis secundum ipsos textus, et praeterea per scripta magno numero edita culturam earum promouere tentabant, quae diuersa erant prout auctorum diuersitate, prout nimurum vel *Glossatores*, vel reliqui ICti medii praeter *Glossatores* erant. Interim tamen misera fuit hoc tempore iurisprudentiae conditio, quoniam 1) ICti huius aeui, sive medii ICti, lumine historiae, antiquitatum et fanae philosophiae destituti erant; praetereaque 2) inter *Legistas*, qui studio iuris romani dediti erant, et *Decretistas*, qui doctrina decreti tinti erant, maxima erat aemulatio, et inter Legistas *Gosianorum* et *Bulgarianorum* sectae, *Sabinianorum* et *Proculianorum* sectis simillimae, a duobus discipulis IRNERII, MARTINO GOSIANO et BVLGARO, ortae sunt.

Io. Sam. BRVNQVELL de sc̄tis et controuerſiis iuris Iustinianei in-
terpretum quos Glossatores appellamus. Ienae 1725.

EPOCHA III.

DE FATIS IVRISPRUDENTIAE SVB ICTIS
RECENTIORIBVS, SICQVE A SEC. XVI. AD
HVNC VSQVE DIEM

§. 210.

Ad duo momenta redeunt iurisprudentiae fata
quae hoc tempore habuit. Iam antea ortae iu-
risprudentiae partes enim, non solum nunc magis
ma-

magisque exculta sunt: sed et praeterea per nouas veritates iuridicas, tam eae sunt auctae, quam nouae partes prioribus accesserunt.

§. 211.

Quoad partes iurisprudentiae iam antea natae, nunc magis excutas, sicque iurisprudentiam *romananam*, *canonico pontificiam* et *feudalem Longobardicam*, in eo maxime momentosa contigit mutatio, quod non diu post initium Sec. XVI. per litterarum elegantiorum, sicque historiae, philologiae et philosophiae coniunctionem, effecerint quidam ICti, inde *Humanistae* dicti, quum reliqui sub *Realistarum* nomine veniant, has tres partes insignia coepisse incrementa, tam quoad ipsarum doctrinarum iuridicarum euolutionem et explicationem, quam quoad ordinem et dispositionem doctrinarum ad singulas tres partes spectantium.

§. 212.

Praeterea studium legum germanicarum quod ICti in germania a CONRINGIO excitati tandem suscep-
perunt; noua ecclesia euangelica in germania orta,
et dignitas nonnullarum doctrinarum iuridicarum an-
tea seorsim non excultarum, effecerunt, partim iis
jurisprudentiae partibus, quae haec tenus iam excultaes,
nouas accessisse veritates sub usus hodierni nomine,
partim plane nouas, diuerso licet tempore, ortas
esse jurisprudentiae partes, quarum aliae ex so-
lis legibus germanicis compilatae, aliae vero ex pe-
regrinis legibus in germania valentibus et domesticis
simil desumptae. Hinc partim iam Sec. XVI, partim
vero demum Sec. XVII. et in hoc nostro seculo

IVRISPRUDENTIA GERMANICA PUBLICA ET PRIVATA; IVRISPRUDENTIA STATVVM IMPERII PRIVATA; IVRISPRUDENTIA CAMERALIS; IVRISPRUDENTIA CRIMINALIS; MILITARIS; METALLICA etc. tanquam nouae iurisprudentiae partes prioribus accesserunt.

PARS III.

NOTITIA SCRIPTORVM IVRIDICORVM.

Burc. Gotth. STRVII bibliotheca iuris selecta. Lenae 1703.
Octava editio prodit 1756. 8.

Martini LIPENII bibliotheca iuridica realis. Franc. 1679. et
nouissime Lipsiae 1757. fol.

Supplementa et emendationes eius, quae collegit et digessit Aug.
Frid. SCHOTT Lipf. 1775. fol.

Ernst Christ WESTPHAL Systematische Anleitung zur Kennnis
der besten Bücher in der Rechtsgelehrtheit und in den damit
verbundenen Wissenschaften Leipz. 1774. 1779. 8.

§. 213.

In notitia scriptorum iuridicorum, (§. 185.) ram de
iis in genere, quam de singulorum scriptorum iuri-
dorum classibus agendum.

TIT. I.

DE SCRIPTIS IVRIDICIS IN GENERE.

§. 214.

Vt, si scriptorum iuridicorum ortus inuestigandus, euitetur logomachia, hic ante omnia no-
tandum, sub scriptorum iuridicorum nomine venire in sensu latiori omnia scripta quae continent veritates
de iuribus et obligationibus positius. In hoc sensu
iuridica scripta sunt 1) scripta quae ipsas leges ea-
rum-

rumue interpretationem continent, quae *scripta legalia* dici possunt; 2) scripta quae theorias veritatum iuridicarum continent, *scripta doctrinalia*, seu *scripta iuridica stricte sic dicta*, appellanda; 3) scripta quae applicationem veritatum iuridicarum ad casus obuenientes continent et *scripta casuistica* dici possunt.

§. 215.

Si itaque in sensu latiori scripta iuridica sumuntur, *prima lex positiva scripta est primum iuridicum scriptum*. Ast, quod in specie attinet scriptorum iuridicorum *doctrinalium*, seu scriptorum iuridicorum stricte sic dictorum, ortum, APPII CLAVDII, primi ICti, (§. 191.) libri, quorum mentionem facit POMPONIVS l. 2. §. 36. *D. de orig. iur. de actionibus et de usurpationibus*, pro primis scriptis iuridicis habendi.

§. 216.

Postquam orta sunt scripta iuridica, omnis aevi ICti scribendo industria suam in cultura iurisprudentiae comprobaverunt, indeque dantur scripta *ICtorum veterum, mediiorum et recentiorum*. Ast tamen, licet non parvus detur numerus scriptorum iuridicorum quae ante inuentam Sec. XV. artem typographiam prodierunt: ab hoc tempore tamen potissimum crevit eorum numerus ita, ut ICtis, praesertim germanis, agraphiae vitium imputari nequeat.

§. 217.

Scriptorum iuridicorum conditionem quod attinet, ea duplex est, vel *interna*, vel *externa*. Ad internam eorum conditionem ipsa contenta, cum methodo qua conscripta: ad externam vero materia,

litterae, forma, tempus editionis, auctor et pretium, referri debent. Qui nouit scripta iuridica quoad utramque hanc conditionem, eius *notitia scriptorum iuridicorum est docta*: quum eius, qui ea non nisi quoad externam conditionem nouit, *notitia sit vulgaris scriptorum iuridicorum notitia.*

§. 218.

Speciatim quoad conditionem scriptorum iuridicorum *internam* notandum, scripta secundum eam considerata esse, vel *scripta primi ordinis*, si nec quoad contenta, nec quoad methodum, in iis aliquid desiderari potest; vel *secundi ordinis*, si quoad unum horum aliquid desiderari potest; vel *tertii ordinis*, si quoad utrumque aliquid desiderari potest. An vero methodus sit bona ex iis quae de methodo iurisprudentiae (§. 60. seqq.) dicta sunt, et an contenta scripti sint talia ut quoad ea nihil desiderari possit, ex fine eius, qui differt pro scriptorum diuersitate, aestimari debet.

§. 219.

Quod porro speciatim *externam* scriptorum iuridicorum conditionem attinet, *ea in omnibus cum scriptis ad alias eruditionis partes spectantibus conuenit.* Sunt itaque 1) inter scripta iuridica quae verum suum laudant auctorem, sunt et quae ab anonymis et pseudonymis edita. Sunt praeterea 2) scripta iuridica quoad materiam et litteras, ante Sec. X. per litteras manu ductas in alia materia, quam linteo papiro, aut membranis ab adipi et cordibus purgatis, exarata: post Sec. X. vero quidem in dicta materia sed

sed litteris manu ductis, et tandem Sec. XV. inuen-
ta typographica, typis expressa.

§. 220.

Caeterum in constituendis *scriptorum iuridicorum* *cliffibus*, quarum tam in *comparanda*, quam *ordi-
nanda* bibliotheca iuridica ratio habenda, a se in-
vicem distinguenda sunt *scripta iuridica generalia* et
specialia. Sub *generalium* *scriptorum iuridicorum*
nomine vero mihi veniunt ea *scripta iuridica* quae
praecise ad *scripta iuridica legalia*, *doctrinalia* vel
casuistica referri nequeunt (§. 214.). Ast *specialia*
scripta iuridica ea dicenda sunt, quae praecise ad
vnam alteramve dictarum specierum *scriptorum iuri-
dicorum* referri possunt. Vnde per se paret *scriptorum specialium* subclasse *scripta iuri-
dica* 1) *legalia*; 2) *doctrinalia*; 3) *casuistica*.

TIT. II.

DE SCRIPTIS IURIDICIS GENERALIBVS.

§. 221.

Scripta iuridica generalia, sive talia quae praeci-
se ad *legalia*, *doctrinalia* et *casuistica* *scripta*
referri nequeunt (§. praec.) semper quidem collectio-
nes *scriptorum* sunt quae antea separatim prodierunt:
ast non omnes tales collectiones *huc referri* possunt,
sed potius non nisi eae quae non continent *scripta*
specialia huius vel illius generis.

§. 222.

Possunt itaque *scripta iuridica generalia* ad has
duas classes reduci, quod sint *collectiones scripto-*

K 5 rum

rum vel diuersorum auctorum, vel vnius eiusdem auctoris.

§. 223.

Inter scripta quae sunt collectiones scriptorum diuersorum auctorum praesertim notandi sunt sic dicti thesauri iuris, veluti OTTONIS, MEERMANNI.

§. 224.

Scripta iuridica generalia quae sunt collectiones scriptorum vnius auctoris, differunt pro auctorum, quorum scripta continent, diuersitate, et hoc pertinent scripta quae sunt *Opera seu Opuscula* huius vel illius ICti.

TIT. III.

DE

SCRIPTIS IVRIDICIS SPECIALIBVS LEGALIEBV.

§. 225.

Progradior ad scripta iuridica specialia et quidem talia quae *legalia* scripta dicenda, quoniam ipsos fontes iurisprudentiae positivae, vel solos, vel tale quid quod facit ad eorum interpretationem et illustrationem, vel utrumque simul, continent. Posunt etiam negative ita definiri, quod sint scripta iuridica specialia, quae nec theoria in veritatum iuridicarum, nec eius applicationem ad casus iuridicos, continent. Vnde ea scripta iuridica specialia quae *exegetica* scripta dicenda, quoniam vnius aut plurium legum interpretationem; nec non *commentarii* iuridici et *collectiones diplomatum* atque *auctorum publicorum* ad hanc classem scriptorum referri debent.

§. 226.

§. 226.

Inter scripta iuridica specialia quae sunt legalia scripta, pro praesenti meo scopo praeferit ea notanda sunt quae sub *corporum iuris* nomine veniunt. Sunt vero *corpora iuris* libri complexum legum certi generis continentres, et quoad leges communes quibus in Germania utimur notari merentur 1) *corpus iuris romani*; 2) *corpus iuris canonici*; 3) *alia corpora iuris*, quorum breuis notitia hic adiicienda.

§. 227.

Quod itaque attinet I. CORPVS IVRIS ROMANI, illud est corpus iuris continens collectiones iuris romani quae sub Institutionum iustinianearum, Pandectarum, Codicis repetitae preelectionis et Nouellarum Iustiniani, nomine veniunt (§. 133, 154, 155.). Est vel corpus iuris romani *glossatum*, vel *non glossatum*. Glossatum *illud* dicitur a glossis mediorum ICItorum, iuris textui in margine additis: *boc* vero non *glossatum*, quoniam desunt hae glossae (§. 209.).

§. 228.

Exstant vtriusque corporis iuris romani *variae editiones*, pro quarum diuersitate, praeferit quod attinet corpus iuris romani non *glossatum*, plus minusve in iis obuium. Est vero inter editiones corporis iuris romani *non glossati* praeferit ea notanda, quae cura DIONYSII GOTHOFREDI primo 1583. edita, postea saepius repetita, et cum tandem innumeris mendis scateret cura SIMONIS VAN LEEWEN emendata et nouis accessionibus aucta prodiit 1663.

Ita

Ita nouiter ordinata editio saepius deinde typis reiterate, estque nouissima quae prodiit Lipsiae 1740.
4. mai.

§. 229.

Corporis iuris romani contenta sunt 1) INSTITUTIONES IVSTINIANAE, quae et simpliciter Institutio-nes dici solent, et diuiduntur in *quatuor libros*, quo-rum *primus*, praemissis generalibus de iuriispruden-tia, iustitia et iure, tractat de personis sive iure per-sonarum; *secundus*, *tertius* et *quartus* vsque ad Tit. VI. exclusiue de iure rerum; *quartus* denique a di-cto titulo VL vsque ad finem de actionibus et iudi-ciis. Singuli libri suos habent *titulos*, in vniuer-sum XCIX, quorum singuli suas habent *inscriptiones* sive *rubricas* et *textum*, qui principium et vnam seu plures paragraphos habet.

§. 230.

Institutiones in corpore iuris romani excipiunt 2) PANDECTAE a πάντα et δέκαου ita dictae, quae latino vocabulo DIGESTA a digerendo appellantur, et diui-duntur vario modo. COMPILATORIBVS originem debet diuisio in *libros*, quorum L. numerantur. Singuli libri habent peculiares *titulos*, quorum in qui-busdam editionibus CCCCXXXIII. in aliis plures, in aliis pauciores reperiuntur. Singuli porro tituli suas habent *inscriptiones* et *leges*, ut plurimum iterum in *paragraphos* dispersas, quarum legum alii nume-rant 9132, alii 8134. Singulis quoque legibus au-torum nomina et libri, ex quibus illae desumptae, sunt inscripti. IVSTINIANVS diuisit pandectas in vsum scho-

scholarum in VII. partes. Pars *prima* inscribitur τα
περτερα, quo significantur iuris primordia et continent
libros IV. priores. Pars *secunda* agit de iudiciis a
Lib. 5. vsque ad 12. exclusue. Pars *tertia* de iudi-
ciorum ordine circa res creditas aliosque contractus
a Lib. 12. ad 20. Pars *quarta* de pignoribus, vsu-
ris, iuuptiis et tutelis a Lib. 20 ad 28. Pars *quinta*
de testamentis, legatis et fideicommissis a Lib. 28 ad
37. Pars *sexta* de bonorum possessione, donatione,
manumissione, dominii acquisitione, iudicato, in-
terdictis, exceptionibus et actionibus a Lib. 37 ad
45. Pars *septima* de stipulationibus, solutionibua,
criminibus, poenis, appellationibus et nonnullis ad
ius publicum pertinentibus a Lib. 45 ad finem. Tan-
dem GLOSSATORES communiter Digesta in tres diui-
sunt partes. Prima a Lib. 1. vsque ad Tit. solut
matrim. L. 24. Tit. 3. vocatur *Digestum vetus*. Se-
cunda a dict. Tit. solut. matrimonio vsque ad Tit. 1.
Lib. 39. de nou. oper. nunc. nominatur *Digestum in-
fortiatum*. Tertia a Tit. de noui oper. nunc. vsque
ad finem appellatur *Digestum nouum*.

§. 231.

Quoad Pandectas porro notandum, earum va-
rias editiones a se inuicem distinguendas esse, qua-
rum tres vulgo numerantur, *Vulgata*, *Florentina*
et *Haloandrina* seu *Norica*. *Vulgata* seu *vulgaris* est
ea Pandectarum editio, in qua non certa quaedam
lectio, sed ea in quam plures antiquae lectiones con-
spirant, adsumpta. *Haloandrina* seu *Norica* editio est
ea in qua lectio, quam HALOANDER pro vera habet,
adsumpta. *Florentina* editio vero ea dicitur in qua
lectio,

le&io, in MSCro Florentino obuia, adsumta. Ast
in praxi vulgata est recepta, et Haloandrina atque Flo-
rentina, non tam in foris, quam scholis ad indagan-
dam genuinam legis sententiam utimur.

§. 232.

Post pandectas in corpore iuris romani obuenit
3) CODEX REPETITAE PRAELECTIONIS, qui diuisus est in
XII. libros peculiaribus *titulis* et *legibus*, eodem fe-
re ordine, quo pandectae, distinctos. Reperiun-
tur etiam eidem insertae *Authenticae* (§. 155.) diuer-
sis litteris impressae.

§. 233.

Sequuntur post Codicem in corpore iuris ro-
mani 4) NOVELLAE sc. Constitutiones, quae etiam *Au-*
thenticae dicuntur ad distinctionem Epitomes IVLIANI,
antecessoris Constantinopolitani, qui Nouellas in la-
tinam linguam transtulit et in elegans compendium
redegit, quod veteres in specie Nouellas, ipsas vero
Nouellas, tanquam originale exemplar, *authenti-*
cum seu *authenticas* appellauunt. Ab hac versione
IVLIANI differt *vulgata*, quae in scholis et in foro re-
cepta, ut itaque non epitome IVLIANI eiusque ver-
sione, sed authenticis et vulgata versione utamur.
Caeterum Nouellae a veteribus ICtis diuiduntur in
IX. collationes seu collectiones, quarum quaelibet sub-
diuiditur in *titulos*, et hi in *capita*.

§. 234.

Praeter dictas essentiales corporis iuris partes,
varia alia, commodioris usus et illustrationis gratia,
adiici solent, quae differunt pro editionum diuersita-
te,

te, inter quae, praeter *Novellas Leonis*, (§. 143.), prae-
sertim *Ius Feudale Longobardicum* notandum, de quo
speciatim agendum.

§. 235.

Continet compilatio legum feudalium Longo-
bardicarum, quae omnibus nouioribus corporis iuris
romani editionibus adiecta, et etiam in editionibus
GOTHOFREDI obvia est, eam compilationem quae sub
nomine *confuetudinum feudalium seu libri feudorum*
venit (§. 163. num. III.), cum additamentis, non iis
solum quorum §. 164. mentio facta, sed et aliis, de
cuius totius compilationis *diuisione in libros* nunc
agendum. Est vero haec diuisio triplex, quarum
prima ea est quae sub nomine *vulgatae diuisionis* ve-
nire solet, secundum quam sic dictus liber feudorum
in duos libros, quorum prior titulis XXVIII, et po-
sterior titulis LVII. absolvitur, diuisus est. Secun-
da diuisio est *Cuiaciana diuisio*, quae est diuisio in
quinque libros, qui vero non tantum dictum librum
feudorum seu capitula ordinaria, sed et capitula ex-
traordinaria (§. 164.), aliaque additamenta CVIACII, sub
se comprehendunt. Tertia diuisio est *Gothofrediana*
diuisio, per quam GOTHOFREDVS vulgatam et Cui-
acianam diuisionem commiscuit. Retinuit enim go-
THOFREDVS Cuiacianam diuisionem in quinque libros
et omnem compilationis Cuiacianaem materiam: ast
contenta quinque librorum CVIACII, praeter contenta
libri *primi*, aliter ordinavit. Praesertim quoad
librum *tertium* et *quartum* CVIACII haec immutatio
facta a GOTHOFREDO, quod contenta libri *secundi*, et
ea pars contentorum libri *quarti* CVIACII, quae secun-
dum

dum vulgatam diuisionem in libro secundo obueniebat, ab eo iterum libro secundo secundum suam partitio nem inferta, ita, ut nunc liber secundus GOTHOFREDI, prout liber qui secundus est secundum vulgatam diuisionem, contineat titulos LVIII, cum secundum Cuiacianam diuisionem non nisi XXII. titulos seu capitula contineat. Hinc secundum GOTHOFREDI diuisionem 1) liber tertius, nimirum cviachi, deest; 2) non nisi fragmenta libri quarti a titulo LXXXII, vsque ad titulum CI^X, nimirum libri quarti cviaci, supersunt; 3) adest inter titulum vltimum libri secundi, et primum libri quarti GOTHOFREDI, quoad titulorum numerum lacuna a titulo LIX vsque ad titulum LXXII, inclusiue, dum vltimus titulus libri secundi GOTHOFREDI, est titulus LVIII, et primus fragmentorum libri quarti titulus LXXXIII; 4) textus libri primi et secundi GOTHOFREDI sunt sic dicta capitula ordinaria.

God. Dan. HOFFMANN de unico iuris feudalis longobardici libro.

Tub. 1754. rec 1760. cum Orat. de antiquissima quadam iuris feudalis longobardici editione duos illius libros neutiquam distinguenze.

§. 236.

Haec sufficient de corpore iuris romani. Progredior ad II. CORPVS IURIS CANONICI, quod est corpus iuris continens decretum Gratiani (§. 159.) et eas decretalium collectiones quae §. 160 obueniunt. Diuiditur, prout corpus iuris romani (§. 227.), in *glossatum* et *non glossatum*, et inter varias editiones corporis iuris canonici non glossati praestantissima est BOEHMERIANA, quae prodiit Halae 1747. 4 mai.

§. 237.

§. 237.

Contenta corporis iuris canonici sunt I. DECRE-TVM in tres partes diuisum, quarum *prima* subdivisa in Cl. *distinctiones* et quaelibet distinctio in *canones*. Se-cunda pars in XXXVI. *causas* distincta, causae in *que-stiones*, et quaestiones in *canones*, ita ut cassae XXXIII. Quaest. 2. tractatus de poenitentia insertus, qui septem continet *distinctiones*, quarum quaevis suos habet *canones*. Denique pars *tertia* de conse-cratione dicta continet V. *Distinctiones*, quae in *ca-nones* diuisae sunt (§. 159.).

§. 238.

Decretum in corpore iuris canonici excipiunt II. DECRETALES in corpore iuris canonici obuiæ qua-les sunt: 1) *Decretales Gregorii IX.* seu *Libri V.* de-cretalium; 2) *Liber sextus decretalium*; 3) *Clemen-tinae*; 4) *Extravagantes Ioannis XXII*; 5) *Extrava-gantes communes* (§. 160.). Hae decretalium collec-tiones vero, si extravagantes IOANNIS XXII, in XIII. titulos diuisas, excipis, in *libros V.* distribu-iae, singuli libri in *titulos*, tituli vero in *capitula* sunt diuisi.

§. 239.

Quae corpori iuris canonici commodioris usus et illustrationis gratia adiici solent, sunt 1) *Liber se-ptimus Decretalium* circa finem sec. XVI a PETRO MATTHAEO promulgatus, et 2) *LANCELOTI institu-tiones iuris canonici*.

(Syst. doctr. propaed.)

L

§. 240.

§. 240.

Quoad III. RELIQUA CORPORA IVRIS notandum,
ea recentioribus demum temporibus compilata esse,
et sistere collectiones legum certi generis, vel pro
obiectione diuersitate, vel pro legislatorum diuersitate.
Ex his notari merentur :

Henr. Christ. l. b. de SENCKENBERG *corpus iuris
feudalis*. Fr. 1740. cuius iterata editio cura
Io. Frid. EISENHARTI prodiit 1772. 8. mai.

Petr. GEORGISCH *Corpus iuris germanici antiqui.*
Halae 1738. 4.

Henr. Christ. l. b. de SENCKENBERG *Corpus iuris
germanici publici et priuati hactenus ineditum.*
Francof. ad Moenum Tom. I. 1760. Tom. II.
1765. fol.

*Neue und vollständige Sammlung der Reichs-Ab-
schiede.* Fr. 1747. fol.

Io. Iac. SCHMAVSSII *corpus iuris publici academicum,*
edit. nouissima Lips. 1774. 8. mai.

EIVSDEM *corpus iuris gentium academicum.* Lips.
1730. 8. mai.

TIT. IV.

DE SCRIPTIS IVRIDICIS SPECIALIBVS

DOCTRINALIBVS.

§. 241.

Maxima pars scriptorum iuridicorum ad hanc
classem pertinet, dum omnia scripta iuridica
quae theoriam veritatum iuridicarum, aut hanc vel
illam eius partem, continent, scripta doctrinalia sint
(§. 214.).

§. 242.

§. 242.

Licer scripta huius generis vario modo in certas classes redigi possint, me iudice tamen optima deuilio haec est, si in *generalia* scripta doctrinalia, quae nequeunt, et *specialia*, quae possunt, ad certam quandam iurisprudentiae specialis (§. 48. seqq.) partem referri, diuiduntur.

§. 243.

Ad scripta doctrinalia *generalia*, praeter ea scripta quae doctrinas propaedeuticas iuridicas, et iurisprudentiam positivam generalem, concernunt, referri debent *lexica iuridica generalia* et praetertim *scripta de singulis argumentis iuridicis talibus quae spectant ad varias partes iurisprudentiae*.

§. 244.

Scripta iuriidica doctrinalia *specialia*, secundum diuersas partes principales iurisprudentiae positivae specialis supra §. 48. seqq. delineatas, in suas classes redigenda sunt, indeque sunt vel *theoretica*, vel *pratica* scripta iuridica etc. In qualibet classe quae sicut oritur vero, eius classis *scripta propaedeutica*, *synagmata et compendia* et *scripta de singulis argumentis* separanda.

T I T. V.

DE SCRIPTIS IVRIDICIS SPECIALIBVS
CASVISTICIS.

§. 245.

Praeter scripta iuridica specialia quae sunt *legalia* vel doctrinalia scripta, dantur etiam scripta iuridica *casuistica*, seu talia quae continent applicationem

L 2

theo-

theoriae iuris seu veritatum iuridicarum ad casus iuridicos (§. 14.).

§. 246.

Huius generis scripta sunt 1) talia quae, non nisi applicationem veritatum iuridicarum quae practicam iurisprudentiam constituunt (§. 50.), continent, quae scripta sub nomine *scriptorum quae formulas et exempla* sunt, comprehendi possunt.

§. 247.

Porro huc pertinent 2) scripta quae sub *consiliorum et decisionum iuridicarum* nomine venire solent, et talia sunt quae potius theoreticarum, quam practicarum, veritatum iuridicarum applicationem continent, quorsum itaque et *deductiones* referri debent.

§. 248.

His classibus addenda ea quae 3) *scripta casuistica et miscellanea* continent, et sub se comprehendit ea scripta casuistica, quae ad hanc vel illam priorum classium referri nequeunt.

IV. TER.

IV.

TERMINOLOGIA

ET

CHARACTERISTICA IVRIDICA

GENERALIS.

§. 249.

Sub terminologiae et characteristicae iuridicae generalis nomine comprehendo eas doctrinas praepaedenticas iuridicas, quae concernunt tales terminos technicos iuridicos qui praecise ad partem hanc vel illam iurisprudentiae posituae referri nequeunt, sive generales termini technici iuridici sunt et characteres seu signa in scholis lCtorum recepta. Hic itaque de his terminis technicis et signis, secundum classes in quaem commode redigi possunt, agendum.

TIT. I.

DE

TERMINIS TECHNICIS IVRIDICIS IN
METIENDO ET DISTINGVENDO TEMPORE VSITATIS.

(L. I. T. 12. D. de feriis, dilationibus et diversis temporibus.)

Wolfg. Ad. LAVTERBACH de varietate temporum, Tub.

1659.

CORN. FRIEDLIEB de tempore, eiusque partibus, generibus et actionibus. Gryphisw. 1667. 4.

§. 250.

Tempus seu dies in sensu generali, vel in se, vel tanquam adiectio mentis declarationi facta, consideratur. In priori consideratione in qua hic de tempore agendum, aliter diuiditur secundum quantitatem, aliter secundum qualitatem. Secundum I. QVANTITATEM est vel tempus definitum, quod certo dimensionis temporis numero est circumscriptum, vel indefinitum, quod certo dimen-

L 4

sionis

sionis temporis numero non est circumscripsum, et dicitur, si est tempus cuius initii memoria deficit *tempus immemoriale*. Definiti temporis species vero sunt *momentum, hora, dies, mensis, annus.*

§. 251.

Dies, si non sumitur pro quo quis tempore, vel naturaliter, vel ciuiliter sumitur. *Ciuilis dies* dicitur temporis spatium quo vnica telluris verrigo absoluatur. *Naturalis dies* vero appellatur temporis spatium ab ortu solis, vsque ad eius occasum, elabens, seu, quod idem est, temporis duratio lucida. Vnde *dies ciuilis diem naturalem et noctem comprehendit et in dubio dies ciuilis intelligitur.*

§. 252.

Dies ciuilis incipit secundum Ius Rom. (a) a media nocte et sequentis noctis media parte finitur. Secundum Ius Can. (b) vero pro diuersitate eius, cuius causa computatio facienda, diuersimode computatur.

(a) *L. 8. ff. de feriis.* More romano dies media nocte incipit et sequentis noctis media parte finitur. Igitur quicquid in his viginti quatuor horis (id est duabus dimidiatis noctibus et luce media) actum est, perinde est, quasi quauis hora lucis actum esset.

(b) *c. 10. X. de temp. ord. c. 2. X. de feriis. c. 9. X. de treuga et pace.*

§. 253.

*Diei pars est hora, nimirum pars diei naturalis seu noctis duodecima, diei ciuilis vero pars vige-sima quarta. Pars horae individua vero, dicitur proprie *momentum* seu *punctum temporis.**

Io. Fr. TROPPANEGER de momento temporis. Lipsiae
1708.

Gottl. THOMASIVS de iure horarum. Lips. 1727.

§. 254.

Plures dies simul sunti, si sunt spatium temporis XXX. dies continens, dicuntur *mensis*, nisi expresse aliter constitutum. (a) *Annum* vero est spatium temporis CCCLXV. dies continens (b).

(a) *L. 101. ff. de R. I.* Vbi lex duorum mensium facit mentionem et qui sexagesimo et primo die venerit audiendus est Add. l. 28. l. 38. ff. de aedil. edict.

(b) *L. 134. ff de V. S.* Anniculus non statim ut natus est sed trecentesimo sexagesimo quinto die dicitur. Add. l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 4. §. 5 ff. de statu lib.

Io. Henr. MYLIVS de anno iuridico. Lips. 1681.

Siegf. ALTWEIN de legali mensium tempore. Alt. 1693.

§. 255.

Speciatim notandus dies quidam est *dies bis sextus* seu *intercalaris*, vnde oritur mensis intercalaris et annus intercalaris, vnde eoque notari meretur. J. 98. D. de V. S. ibi: nam id biduum pro una die habetur.

Chr. Henr. BREVNING ad Celsum in l. 98. D. de V. S. Lips.
1757.

§. 256.

Ex II. QUALITATE tempus diuiditur I) in *iustitium*, quod est tempus quo plane cessat iurisdictionis explicatio seu exercitium, et quod *tale non est*. Tempus quod *iustitium* non est, vel est *tempus feriatum*, quo iurisdictionis explicatio suspensa ob alia negotia, vel *tempus iuridicum*, si tale non est. Caeterum hac de re in jurisprudentia practica pluribus agendum.

Petr. MÜLLER de diebus iuridicis. Ienae 1687.

K 5

§. 257.

§. 257.

Est porro tempus ratione qualitatis II vel *continuum*, vel *vtile*: ast dicitur ex duplice fundamento continuum vel vtile. Nimirum *continuum ratione initii seu cursus inchoandi*, si currere incipit contra quemlibet cui praescriptum est certum tempus intra quod, siue experiundi facultatem habeat, siue non, illud sciat, siue non: *vtile ratione initii*, si non nisi contra eum currere incipit qui sciens experiundi facultatem habet. E contra *continuum ratione cursus continuandi seu progressus* dicitur, si tempus ceptum sine intermissione currit: ast *vtile ratione cursus continuandi seu progressus*, si tempus ceptum siue intermissione non currit. Vnde patet tempus posse 1) simul continuum et vtile esse, nimirum a) *ratione initii seu cursus inchoandi vtile*, et *ratione cursus continuandi seu progressus continuum*, seu, secundum quid vtile et secundum quid continuum: vel vice versa b) *ratione cursus inchoandi continuum et ratione cursus continuandi vtile*, seu secundum quid continuum et secundum quid vtile: nec minus 2) tam *ratione cursus inchoandi quam continuandi continuum*, seu *continuo continuum*: vt et 3) tam *ratione cursus inchoandi quam continuandi vtile* seu *continuo vtile*.

l. 8. ff. de bis qui not. inf. Sed cum tempus lucius continuum est, merito et ignorantie cedit et ideo si post legitimum tempus cognouit Labeo ait ipsa die et sumere eam lugubria et deponere.

l. 2. ff. Quis ordo in bon. poss. servetur. Ita autem vtile tempus est ut singuli dies in eo vtiles sunt: scilicet ut per singulos dies et scierit et potuerit admittere; caeterum quacunque

que die nescierit, aut non potuerit, nulla dubitatio est
quoniam dies ei non cedat.

Mar. Ant. BARDVS de tempore vili et continuo. Ven. 1563.

Io. Frid. BILGER de diebus continuis. Alt. 1709.

§. 258.

A temporis diuisione in continuum et utile dif-
fert diuisio eius III. in tempus *naturale*, seu *quod natura-*
liter computatur, nimurum de momento in momen-
tum ratione cursus sui absoluendi, et *civile*, seu *quod*
civiliter computatur, nimurum ratione cursus sui absolu-
vendi pro absoluto habetur, si ultimus articulus tem-
poris, secundum quem computatio fit, tantum coe-
ptus, nondum vero absolutus est; unde haec computatio
de tempore praefinito aliquid detrabit. Si nunc quaesi-
ritur quando vel haec, vel illa computatio locum
habeat, haec valet regula: *civilis computatio adhibe-*
tur, quoties ea meliorem reddit conditionem eius cu
lex certum tempus praefinit. *Quoties vero ea condi-*
tionem eius reddit deteriorem, naturali computacioni
stamus.

arg. 1. 5. ff. qui test. fact. poss. Et qua aetate testamentum vel
masculi vel foeminae facere possunt videamus. Verius est
in masculis quidem quartum decimum annum spectandum,
in feminis duodecimum completum. Vtrum autem ex-
cessisse debeat quis quartum decimum annum, vt testa-
mentum facere possit: an sufficiat completus? Propone ali-
quem Kalendis Ianuariis natum, testamentum ipso natali
suo fecisse quarto decimo anno: an valeat testamentum?
dico valere.

arg. 1. 3. §. 3. ff. de minoribus. Minorem autem viginti quin-
que annis natu, videndum, an etiam diem natalis sui ad-
huc dicimus, ante horam qua natus est, vt, si captus sit,

resti-

restituatur, et cum nondum compleuerit ita erit dicendum, ut a momento in momentu tempus spectetur.

Io. Conr. RÜCKER de ciiali et naturali temporis computatione in iure. Lugd. Bat. 1749.

TIT. II.

DE

TERMINIS TECHNICIS IURIDICIS IN DISTINGVENDIS COGNATIS VSITATIS.

(L. III. T. 6. I de gradibus cognatorum. L. XXXVIII.
D. de gradibus et affinibus et nominibus eorum. L. IV.
X. T. 11. de cognitione spirituali. T. 12. de cognatione legali T. 13. de consanguinitate et affinitate.)

§. 259.

Cognatio est relatio personarum ad se inuicem per generationem orta: siue ita, quod vna persona ab altera per generationem dependeat: siue ita, quod duae personae, quae a se inuicem per generationem non dependent, ab eadem tertia per generationem dependeant. Persona a qua aliae per generationem dependent vero dicitur *stipes*, et tertia persona a qua plures aliae, a se inuicem per generationem non dependentes, per generationem dependent, dicitur *stipes communis*, qui, vel *proximus stipes communis* est, vel *remotior stipes communis*. Li inter quos est cognatio dicuntur *cognati*.

§. 260.

Cognitionis *prima et praecipua* diuisio est, quod sit vel *naturalis cognatio*, si per generationem actu factam; vel *ciivilis*, si per adoptionem; vel *spiritualis*,

tualis, si per baptismum, confirmationem aut poenitentiam, orta. De *civili* et *spirituali* cognatione suis locis pluribus agendum: huius loci est sola naturalis cognitio.

§. 261.

Naturalis cognitionis prima species est *consan-*
nitas, si orta est per solam generationem, et ii inter
quos est consanguinitas dicuntur *consanguinei*. Con-
sanguinitati et consanguineis, opponuntur affinitas et
affines de quibus infra.

§. 262.

Consanguineorum tres dantur ordines. Pri-
mus ordo complectitur nostros ADSCENDENTES, qui
tales sunt, a quibus per generationem dependemus.
Nomina eorum differunt pro sexus diuersitate, et
sunt rales quoad sexum.

MASCULINUM.

Pater (Vater)
Avus (Grosvater)
Proavus (Aelteruater)
Abavus (Vraelteruater)
Atavus (Vr-Vr-aelter-
vater)
Tritavus.

FEMININUM.

Mater (Mutter)
Avia (Grosmutter)
Proavia (Aeltermutter)
Abavia (Vraeltermutter)
Atavia (Vr-Vr aeltermut- ter)
Tritavia.

Sequentes vtriusque generis adscendentes specialia no-
mina non habent, sed communi nomine appellantur
Maiores (Vraeltern, Vorfahren).

§. 266.

§. 266.

Secundum consanguineorum ordinem constituant DESCENDENTES, qui a nobis per generationem dependent, quales sunt quoad sexum

MASCULINUM	FEMINIMUM
<i>Filius</i> (Sohn)	<i>Filia</i> (Tochter)
<i>Nepos</i> (Enkel)	<i>Neptis</i> (Enklin)
<i>Pronepos</i> (Vr-enkel)	<i>Proneptis</i> (Vr-enkelin)
<i>Abnepos</i> (Vr-Vr-enkel)	<i>Abneptis</i> (Vr-Vr enkelin)
<i>Atnepos</i>	<i>Atneptis</i>
<i>Trinepos</i>	<i>Trineptis</i>

Sequentes descendentes utrunque vero uno nomine
Posteri (Nachkommen) dicuntur.

§. 264.

Tertius consanguineorum ordo est COLLATERALVM ordo, quales sunt ii, qui tantum cum nobis ab eadem persona tertia, sive a communi stipite (§. 259.) per generationem dependent, de quorum differentia nunc specialius agendum.

§. 265.

Sunt 1) vel *bilaterales* (volle Geburt), si dupl. cem stipitem communem proximum habent, vel *unilaterales* (halbe Geburt), si non nisi unum stipitem communem habent; 2) vel *agnati* (Schwermagen), si stipes communis est persona virilis sexus, vel *cognati* stricte sic dicti (Spilmagen), si est persona feminini sexus; 3) vel *collaterales* qui simul adscendentium nostrorum collaterales sunt, et qui non simul adscendentium nostrorum collaterales, sed eorum descendentes, sunt,
et

et priores, vel tales collaterales adscendentium nostrorum sunt qui nobis sunt parentum loco, sicque adest sic dictus respectus parentelae, vel non.

§. 266.

Quod attinet dictam tertiam collateralium divisionem, de ea speciatim notandum, quod collaterales nostri, qui *I. simul adscendentium nostrorum collaterales*, et quidem *tales sunt qui nobis sunt parentum loco*, quoad nostros adscendentibus *masculini sexus*, sint in sexu

MASCULINO	FEMININO
<i>Patruus</i> (Vetter) patris frater.	<i>Amita</i> (Base) patris soror.
<i>Patruus magnus</i> (Grosvetter) aui frater.	<i>Amita magna</i> (Grobsäfe) aui soror.
<i>Patruus maior</i> (Obervetter) proauai frater.	<i>Amita maior</i> (Oberbase) proauai soror.
<i>Patruus maximus</i> (Vor-Obervetter) abauai frater	<i>Amita maxima</i> (Vor-Oberbase) abauai soror.
etc. etc.	etc. etc.

quoad nostros adscendentibus *feminini sexus* vero in sexu

MASCULINO.	FEMININO.
<i>Avunculus</i> (Oheim) matris frater.	<i>Materterta</i> (Muhme) matris soror.
<i>Avunculus magnus</i> (Grosoheim) auiae frater.	<i>Materterta magna</i> (Grosmuhme) auiae soror.
<i>Avunculus maior</i> (Oberoheim) proauiae frater.	<i>Materterta maior</i> (Vorobermuhme) proauiae soror.

Aun-

<i>Aunculus maximus</i> (Vor-Oberoheim) abauiae frater.	<i>Matertera maxima</i> (Vor-Obermuhme) abauiae soror.
etc. etc.	etc. etc.

§. 267.

Ad collaterales nostros qui II. simul sunt adscendentium nostrorum collaterales, ast non tales qui nobis loco parentum sunt, referri debent, quoad adscendentium nostrorum masculini sexus collaterales, in sexu

MASCULINO.

<i>Frater patruelis</i> (des Vaters Bruders Sohn).	<i>Soror patruelis</i> (des Vaters Bruders Tochter).
<i>Amitinus</i> (des Vaters Schwester Sohn).	<i>Amitina</i> (des Vaters Schwester Tochter).
<i>Propior Sobrino</i> (des Grossvaters Bruder oder Schwester Sohn).	<i>Propior Sobrina</i> (des Grossvatern Bruder oder Schwester Tochter).
<i>Sobrinus</i> (des Grossvaters Bruder oder Schwester Enkel).	<i>Sobrina</i> (des Grossvaters Bruder oder Schwester Enkelin).
etc. etc.	etc. etc.

quoad adscendentium nostrorum feminini sexus collaterales vero, in sexu

MASCULINO.

<i>Frater matruelis</i> (der Mutter Bruder Sohn).	<i>Soror matruelis</i> (der Mutter Bruder Tochter).
<i>Confobrinus</i> (der Mutter Bruder, oder Mutter Schwester, Sohn).	<i>Confobrina</i> (der Mutter, oder Mutter Bruder Schwester, Tochter).

Pro-

<i>Propior Sobrino</i> (der Grossmutter Bruder oder Schwester Sohn).	<i>Propior Sobrina</i> (der Grossmutter Bruder, oder Schwester Tochter)
<i>Sobrinus</i> (der Grossmutter Bruder oder Schwester Enkel)	<i>Sobrina</i> (der Grossmutter Bruder, oder Schwester Enkelin)

§. 268.

Tandem III: *tales collaterales nostri qui non simul sunt adscendentium nostrorum collaterales, sunt duplicitis generis, nimirum vel fratres fororesve, vel descendentes fratrum sororumue. Piores huius generis collaterales sunt, ex sexu*

MASCULINO.

<i>Fratres germani</i> (Vollbrüder) ex eodem patre et eadem matre prognati.	<i>Sorores germanae</i> (Vollbürtige Schwestern).
---	---

<i>Fratres consanguinei</i> (Halbbrüder vom Vater) eodem patre prognati, sed diuersis matribus.	<i>Sorores consanguineae</i> (Halbschwestern vom Vater).
---	--

<i>Fratres vterini</i> (Halbbrüder von der Mutter) ab eadem matre prognati, diuerso patre.	<i>Sorores vterinae</i> (Halbschwestern von der Mutter).
--	--

Secunda classis vero sub se comprehendit *omnes fratrum sororumue cuiuscunque generis descendentes.*

(Syst. doctr. propaed.)

M

§. 269.

§. 269.

Haec sufficient de prima cognationis naturalis specie consanguinitate (§. 261.). Sequitur altera, nimirum *ad infinitas*, quae est cognatio ex vera generatione quidem orta, ast non tantum, sed simul per accedenter coitum inter cœuentum vnum et alterius cognatos. Secundum *ius canonicum* tria genera affinitatis a se inuicem distinguenda sunt. Si enim ii cognati alterius cœuentum, cum quibus affinitas per coitum contrahitur, sunt eius consanguinei, *affinitas primi generis*; si sunt eius affines primi generis, *affinitas secundi generis*; si sunt eius affines secundi generis, *affinitas tertii generis*, dicitur. Secundum *ius romanum* vero, cum morte consanguinei, per cuius coitum affinitas orta, ea exspirat.

§. 270.

Affines *primi generis* ex I. ADSCENDENTIVM ORDINE sunt duplicis generis, vel *tales cum quibus nos per coitum affinitatem contrahimus*, vel *tales qui per coitum cum nostro consanguineo cum nobis affinitatem contrabunt*. Primi ordinis affines adscendentēs sunt in sexu

MASCVLINO.

Socer (Schwiegervater)
Prosocer s. *Socer magnus*
 (Groschwiegervater).
 et sic porro.

FEMININO.

Socrus (Schwiegermutter)
Prosocrus seu *socrus magna*
 (Groschwiegermutter)
 et sic porro.

Secun-

Secundi ordinis affines adscendentes vero sunt in sexu

MASCULINO.	FEMININO.
<i>Vitricus</i> (Stiefvater).	<i>Nouerca</i> (Stiefmutter).
<i>Provitricus</i> (Großstiefva- ter).	<i>Pronouerca</i> (Großstiefmut- ter).
etc. etc.	etc. etc.

§. 271.

Sequuntur affines *primi* generis ex II. DESCEN-
DENTIVM ordine, quales sunt, quoad eos cum quibus
nos per coitum affinitatem contrahimus, ex sexu

MASCULINO.	FEMININO.
<i>Priuignus</i> (Stiefföhn).	<i>Priuigna</i> (Stieftochter).
<i>Propriuignus</i> (Stiefenkel).	<i>Propriuigna</i> (Stiefenke- lin).
etc. etc.	etc. etc.

quoad eos vero qui *cum nobis* hanc affinitatem per
suum coitum contrahunt, ex sexu

MASCULINO.	FEMININO
<i>Gener</i> (Tochtermann, Ei- dam).	<i>Nurus</i> (des Sohns Frau, Schnur).
<i>Progener</i> (Vntereidam) neptis maritus.	<i>Pronurus</i> (Unterschnur) neptis vxor.
etc. etc.	etc. etc.

§. 272.

Quod attinet affines *primi* generis ex III. COLLA-
TERALIVM ordine, ii sunt in tali differentia qualis est

M 2 inter

inter nostros collaterales in consanguinitate, (§. 265.). Sunt itaque, vel *tales cum quibus per ascendentium nostrorum collaterales*, qui nobis parentum loco sunt; vel *tales cum quibus per horum descendentes*; vel *tales cum quibus per fratres sororesue, horumque collateralium descendentes*, affinitate iuncti sumus.

§. 273.

Quoad *primam classem affinium ex collateralium ordine* huc itaque pertinent e. g. eorum collateralium in consanguinitate, qui quaeve §. 266. obveniunt, vxores et mariti, veluti *patrui vxor; matrterae maritus*.

§. 274.

Ad *secundam classem affinium ex collateralium ordine* referri debent e. g. eorum collateralium consanguineorum de quibus §. 267. actum est, vxores et mariti, veluti *fratris patruelis vxor; sororis patruelis maritus*.

§. 275.

Tertiam classem affinium ex ordine collateralium constituunt collateralium §. 268. obuenientium vxores et mariti, et quoad huius classis affines praesertim notari merentur in sexu

MASCULINO.

Affinis stricte sic dictus
(der Schwager) vxoris
frater.

Leuir (des Mannes Bruder).

Sororius (der Schwester Mann).

FEMININO.

Affinis stricte sic dicta
(die Schwägerin) vxoris
soror.

Glos (des Mannes Schwester).

Fratria (des Bruders Frau).

quoad

quoad affinitatem quae oritur per fratres fororesue. Praeterea vero et per *fratrum sororumue descendentes* affinitas oritur, inter nos et eorum earumue vxores et maritos, veluti *inter me et fratri filii vxorem;* nec non *inter me et sororis filiae maritum.*

§. 276.

Progredior ad secundum et tertium genus affinitatis (§. 269.), de quibus hic tantum notandum, inter affines secundi generis dici *ianitrices duorum fratrum uxores, congeneros vero duarum sororum maritos.*

§. 277.

Tantum de prima et praecipua diuisione cognationis in naturalem, ciuilem et spiritualem (§. 260.). Secunda diuisio est ea secundum quam cognatio diuiditur in *simplicem* et *non simplicem*, siveque *duplicem*, *triplicem* etc. quae non confundenda cum diuisione cognationis collateralis in *vnilateralem* et *bilateralem* (§. 265.). Dicitur vero cognatio *simplex* si non nisi *vnicum* fundamentum relationis ex generatione ortae adest: *non simplex*, quae et generatim *duplex* dici solet, si plura talia fundamenta adsunt. Cognatio vero quae simplex non est, vel *diuersi generis* s. *ordinis* (§. 262.) cognatio, vel *eiusdem generis* cognatio est, licet posterior magis attendenda quam prior, et in linea adscendente, descendente et collateralı concipi potest.

Io. Christoph. Kochi Disſ. de cognatis duplicibus, triplicibus etc. eius successioni ab intestato adiecta.

§. 278.

Tertia cognationis diuīsio est quod sit vel *legitima*, vel *illegitima*, prout concubitus qui continent rationem cognationis, vel licitus, vel illicitus est.

§. 279.

Ceterum adhuc generatim notandum, dari varias personas inter quas cognationem esse videtur, quae tamen qua tales ad cognatas personas referri nequeunt. Sunt tales 1) *Vir et vxor*; 2) *comprivigni*; 3) *confoceri*; et 4) *in genere cognati cœuntium inter se*.

TIT. III.

DE

VARIIS TERMINIS TECHNICIS IURIDICIS
GENERALIBVS MISCELLANEIS.

§. 280.

Regula iuris est sententia paucis verbis comprehensa, veritatem iuridicam generalem continens. Vnde sub hoc generali nomine, etiam sic dicta *brocardica* et *paraeniae iuridicae* comprehendendi, et generatim in regulas iuris *romani*, *canonici*, *feudalis* et *germanici* diuidi possunt.

L. 1. ff. de Reg. iur. Regula est: quae rem, quae est, breuiter enarrat. Non ex regula ius sumatur, sed ex iure, quod est, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur; et, vt ait Sabinus, quasi causae coniectio est quae, simul cum in aliquo vitiata est, perdit suum officium.

§. 181.

§. 281.

Inscriptiones legum dicuntur notationes legibus praemissae, quae, vel unde decerptae sunt, vel a quo latae, ad quem missae, aliaque indicant. Hinc 1) *legum inscriptiones varii generis* sunt, et *prioris generis inscriptiones in Pandectis et Decreto, posterioris vero in Codice et Decretalibus, obueniunt*; 2) a legum inscriptionibus differunt *subscriptiones legum*, quae sunt notationes legibus subiectae e. g. quae dies et consules continent. Praesertim vero quoad leges codicis notandum, eas ut plurimum constare *inscriptionem*, quae Imperatorem aut Imperatores; *constitutionem*, quae legem ipsam; *subscriptionem*, quae tempus, exprimere solet. Subscriptio fieri solet per abbreviatas v. g. P. P. II. Non. Dec. Dec. A. et Grato Coss. hoc est: *proposita* (. scilicet constitutio haec) secundo (scilicet die) *Nonis Decembr. Dec. Aug. et Grato Consulibus.*

Henr. BRECKMANN de *legum inscriptionibus*. Lugd. Bat. 1705.
et apud WIELINGIVM P. II. Iurisprudentiae restitutae.

Bernh. Heinr. REINHOLD de *inscriptionibus legum Digestorum et Codicis*. Duisb. 1712t et apud WIELINGIVM l. c.

§. 282.

Interpolatio legis est in genere immutatio legis in aliam formam, sicutque sit per *additionem, omissionem et substitutionem*. Si vero sit per additionem seu immisionem, dicitur *stricta interpolatio*. Interpolationes praesertim notandae, sunt 1) textus iuris canonici qui sub *Palearum nomine* veniunt, et sunt textus in decreto Gratiani obvii, qui post iam confectum opus ei inserti sunt; 2) *interpolationes Raymundi a Penna forti*, quae obueniunt

M 4

niunt

nunt in collectione decretalium GRÉGORII IX. qui eius ministerio in compilanda sua decretalium collectione usus est, cuiusque nota plerumque sunt verba adiecta: et *infra*, loca a RAYMVND Omissa vero dicuntur *partes decisae*; 3) emblemata Triboniani, quae sunt interpolationes legum romanarum, a compilatoribus collectionum quas corpus iuris romani continent, factae.

Iust. Henn. EOEHMER *Untersuchung des Wortes Palea in Schrift*ii* iurist. Wochenschrift P. II. num. I.*

Ios Ant a RIGGER Obs. de paleis decreto Gratiani inseritis Frib. 1768. et in eius Opusc. pag. 305.

Io. Christ. Wilh STECK de interpolationibus Raymundi a Penna Forti decretalium collectoris. Lips. 1755.

Christ. Frid. MEISTER de principio cognoscendi emblemata Triboniani, Gott. 1745. et in eius Opusc. P. I. num. IV.

§. 283.

Lex dicitur *fugitiua*, si sub titulo quodam obuenit ad quem plane non pertinet. Vnde si lex quae est magni momenti, inter alias non magni momenti leges obuenit, lex fugitiua dici nequit, veluti *l. 4. C. de temp. appellat.* quae dici solet *rosa inter spinas*.

§. 284.

Lex quae magna obscuritate laborat dicitur *lex damnata* seu *crux 1Ctorum*, quales sunt inter leges pandectarum decantatissimae illae septem leges pandectarum, *l. vinum 22. ff. de R. C.; l. lecta 40 ff. de R. C.; l. frater a fratre 38 ff. de conduct. indeb.; l. centum Capuae 8. ff. de eo quod cert. loc. dari oport.; l. cum societas 69 ff. profoc.; l. periculi pretium 5. ff. de*

de naut. foen.; l. Gallus Aquilius ff. de libris et posth.
ber. instit. vel exhered.

CORN. van ECK de septem damnatis legibus pandectarum seu cru-
cibus ICIorum. Ludg. Bat. 1682. rec. Ienae 1745.

§. 285.

Lex romana quae corpori iuris canonici inser-
ta, dicitur lex canonisata.

§. 286.

Fictio iuris est dispositio legis secundum quam,
scienter et aperto falso in facto suppositum, pro
vero assumitur. Redit vero tota sana de fictionibus
iuris theoria eo: *varias fictionum iuris diuisiones* e.
g. in positivas, negativas et translativas; *nec non*
axiomata de fictionibus e.g. *fictio idem operatur in*
casu ficto, *quod veritas in casu vero*; *fictio imitatur*
naturam; *fictio fictionis non datur seu duae fictio-*
nones non concurrunt, *non multum praestare utilitatis*:
est tamen ipsas fictiones iuris, *sicque non cerebrinas fi-*
ciones in doctorum cerebro natas, *praestare tam theoretici-*
cum, *quam practicum usum in theoria et praxi iuri-*
dica.

Tob. Iac. REINHARDT de usu et non usu pratico doctrinae de
fictionibus iuris. Goett. 1735.

Gottl. Gerh. TITIVS de fictionum romanarum natura et inconci-
nitare. Lips. 1694.

Aug. Frid. MÜLLER de fictionum iur. rom. usu antiquo, non
hodierno. Lips. 1741.

§. 287.

Formula est oratio quoad ipsa verba determi-
nata, et ipsa verba quae formulam constituunt di-
cun-

cuntur verba *directa*, scilicet in sensu iuridico, seu *civilia*, *legitima*, *solennia*, iisque opponuntur verba *obliqua* seu *vulgaria*, *communia*.

Iust. Henn. BOEHMER de verbis *directis et obliquis*. Halae 1717.

§. 288.

Omnis quantitas ut totum considerata, Romanis dicebatur *As*, et assēm diuidebant in duodecim partes, quarum quaelibet *vncia* appellatur. Duo asses simul sumti *Dupondium*, et tres simul sumti *Tripondium* appellantur, ut itaque *dupondium* 24. *vnciis*, *tripondium* 36. *vnciis* constet.

§. 289.

Partes assis propria acceperunt nomina, quae uno conspectu exhibit tabella sequens:

As $\frac{1}{12}$	f. 1.	Vnicae	12
Deunx $\frac{1}{12}$			11
Dextans $\frac{1}{12}$	f. $\frac{5}{6}$		10
Dodrans $\frac{2}{12}$			9
Bes $\frac{8}{12}$	f. $\frac{2}{3}$		8
Septunx $\frac{7}{12}$			7
Semis $\frac{6}{12}$	f. $\frac{1}{2}$		6
Quincunx $\frac{5}{12}$			5
Triens $\frac{4}{12}$	f. $\frac{1}{3}$		4
Quadrans $\frac{3}{12}$	f. $\frac{1}{4}$		3
Sextans $\frac{2}{12}$	f. $\frac{1}{6}$		2
Vncia $\frac{1}{12}$			1

§. 290.

§. 290.

Vnica iterum diuiditur in partes, et quidem in 24 *scripula*, quae acceperunt itidem specialia nomina, vti sequens indicat tabella:

Semuncia	{	$\frac{1}{2}$	Scripula	12
Duella		$\frac{1}{3}$		8
Sicilicum	{	$\frac{1}{4}$		6
Sextula		$\frac{1}{6}$		4
Scripulum	{	$\frac{1}{24}$		1

§. 291.

Usurae pro diuersitate quantitatis in Iure Rom. dicuntur *vnciariae*, si pro forte C. thaleros aequante soluitur quotannis unus thalerus; *sextantes*, si duo; *quadrantes*, si tres; *trientes*, si quatuor; *quincunces*, si quinque; *semiscales*, si sex; *septunces*, si septem; *bessales*, si octo; *dodrantes*, si nouem; *dextantes*, si decem; *deunces*, si undecim; *centesimae* si duodecim thaleri quotannis solvuntur.

§. 292.

Dantur etiam termini technici iuridici, veluti: *causa*, *familia*, qui in iure varios habet significatus, quorum nullus tamē generalis est et hoc pertinet. Vnde in doctrinis iuridicis specialibus, ad quas hic vel ille significatus pertinet, is explicandus est.

§. 293.

Particulæ et aduerbia quae ad terminos technicos iuridicos generales referri possunt non dantur, praeter particulam illam: *qua si*, qua ICti Romani
vte-

vtebantur tanquam signo improprietatis, sive vo-
cabulo, quo vtebantur in significatu improprio, ad-
iiciebant hanc particulam. Reliquae particulae et ad-
verbia itaque non nisi in sensu vulgari obueniunt in
scholis ICtorum, quod etiam valet de dictione illa:
et cetera.

Vrb. Franc. Iac. MOLITOR *Quasi iuridicum*. Erf. 1717.

Io. Dav. DIETERICI *de genuina quasi notione iuridica*, Goett.
1740.

Chr. Gottf. HOFFMANN *de significatione et usu particulae qua-*
si in iure Romano. Erf. 1727.

Henr. LINCK *de quasi, syncategorematis, usu iuridico*. Alt.
1675.

Samuel STRYK *de etiis et cetera* 1675. rec. Lips. 1746.

§. 294.

Ipsò iure fieri dicitur, quicquid sit, nullo ac-
cedente facto, ideo suscepito, ut, quod sit, fiat: seu,
quicquid est effectus immediate ex lege veniens.
Vnde hic ipsum ius factio hominis opponitur, nec de-
notat ius strictum seu summum.

Io. Henr. MEIER *de eo quod ipsò iure sit*. Frf. 1707.

Ad. EBERT Tract. *de eo quod sit ipsò iure praeside Sam. Strykio*
publicae censuræ exhibitus. Reuifus et denuo editus,
Lips 1699. 4.

§. 295.

Fauorabile dicitur quod tendit ad consequentias
bonas. *Odiosum* vero quod tendit ad consequentias
malas.

Io. Lud. SPAN *de odiosis in iure*. Giesiae 1746.

§. 297.

§. 296.

Quæstio quæ est ridicula, sicut nulla indiget responsum, dicitur *quaestio Domitiana*.

I. 27 ff. qui test fac. poss. Domitius Labeo Celso suo salutem. Quero an testium numero habendus sit is, qui cum rogatus esset ad testamentum scribendum, idem quoque cum tabulas scripsisset, signauerit? Iuuentius Celsus Labeoni suo salutem. Aut non intelligo, quid sit, de quo me consuleris, aut valde stulta est tua consulatio. Plus enim quam ridiculum est dubitare an aliquis iure testis adhibitus sit, quoniam idem et tabulas testamenti scripsit.

Aug. Frid. SCHOTT de *quaestione Domitiana*. Lips. 1761.

§. 297.

Sanctum in iure dicitur omne id cuius violatio singulari poena munita, et *vacuum* quicquid nondum acquisitum.

Io. Iust. GEBÄVER de *eo quod in iure dici posset vacuum*. Lips. 1725.

§. 298.

Verba legis initialia, paragraphis seu aliis segmentis non inclusa, dicuntur *principium legis*. Consequentia ex lege deducta vero sub *argumenti legis* nomine venit.

TIT. IV.

DE SIGNIS IN SCHOLIS ICTORVM RECEPTIS.

§. 299.

Signa seu characteres quibus vtuntur ICti sunt varii generis, inter quae hic ea notanda quae sequuntur. Primam classem constituant ea signa quibus ICti in allegatione textuum iuris vtuntur, et sunt, secundum ordinem alphabeticum, sequentia:

A, B.

A. B.	Aurea bulla (§. 173. num. IV.)
arg.	Argumentum (§. 298.)
Auth.	Authentica (§. 232.)
c.	Capitulum seu Canon (§. 237. 238.)
C.	Causa seu Codex repetitae praelectionis (§. 133. num. IV. §. 237.)
C. Th.	Codex Theodosianus (§. 141.)
C. C. C.	Constitutio criminalis carolina (§. 179. num. V.)
C. O. C.	Conceptum ordinationis ca- meralis (§. 179. num. X.)
C. N. G.	Concordata nationis germani- cae (§. 173. num. V.)
C. S. D.	Cammer. Gerichts- Ordnung (§. 179. num. X.)
Cap.	Capitulatio Caesarea (§. 179. num. III.)
Cap. nov.	Capitulatio nouissima (§. cit.)
Clem.	Clementinae (§. 160. num. III.)
D. siue Dist.	Distinctio (§. 237.)
D.	Digesta (§. 133.)
Extrau. Io. XXII.	Extrauagantes Ioannis XXII. (§. 160. num. IV.)
Extrav. comm.	Extrauagantes communes (§. cit. num. V.)
F. siue Feud.	Feudales consuetudines (§. 163.)
ff.	Pandectae (§. 133.)
G. B.	Guldene Bulle (§. 173. num.. IV.)

gl.

gl.	Glossa (§. 209.)
l.	Institutiones Iustinianae (§. 133.)
I. F. S.	Ius feudale Saxonicum (§. 162. num. II.)
I. F. A.	Ius feudale Alemannicum (§. cit. num. II.)
I. P. S.	Ius prouinciale Saxonicum (§. 168. num. I.)
I. P. A.	Ius prouinciale Alemannicum (§. num. II.)
I. P.	Instrumentum pacis (§. 179. num. XV.)
I. P. O.	Instrumentum pacis Osnabur- gensis (§. cit.)
I. P. M.	Instrumentum pacis Monaste- rienesis (§. cit.)
I. P. W.	Instrumentum pacis Westpha- licae (§. cit.)
i. gl.	Iuncta glossa
l. vn.	Lex unica
l. fin.	Lex finalis
L.	Leges
LL. XII. Tabb.	Leges duodecim tabularum (§. 110.)
l. f.	Land-Friede (§. 179. num. I.)
N. sive Nov.	Nouellae Iustiniani (§. 233.)
Nov. Leon.	Nouellae Leonis (§. 143.)
O. C.	Ordinatio cameralis (§. 173. num. V.)
Ord. iud. aul.	Ordinatio iudiciorum aulicorum (§. 179. num. XVI.)

pr.

192 IV. Terminologia et characteristica

pr.	(200)	Principium (§. 298.)
P. W.		Pax Westphalica (§. 179. num. XV.)
Pax Rel.		Pax religiosa (§. 179. num. VIII.)
Pax Prof.		Pax profana (§. cit. num. I.)
π.		Pandeictae (§. 133.)
Q. vel Quaest.		Quaestio (§. 237.)
Ρ. H. G. D.		Peinliche Halsgerichtsordnung (§. 179. num. V.)
Ρ. F.		Religions-Friede (§. 179. num. VIII.)
Ρ. A.		Reichs-Abschied (§. 172.)
R. L.		Recessus imperii (§. cit.)
R. D.		Recessus deputationis (§. cit.)
R. V.		Recessus visitationis (§. cit.)
R. I. N.		Recessus imperii nouissimus (§. 179. num. XVII.)
Ρ. H. D.		Reichs-Hofratsordnung (§. 179. num. XVI.)
Σ. Ι. Ρ.		Sächsisches Land-Recht (§. 168.)
SCtum.		Senatusconsultum (§. 111.122.)
in 6to.		Sextus decretalium liber (§. 160. num. II.)
t. t.		Totus titulus
Ω. F.		Westphälischer Friede (§. 179. num. XV.)
X.		Extra seu Decretales Gregorii IX. (§. 160. num. I.)

§. 300.

§. 300.

Ad secundam classem signorum quibus ICtituntur, referri possunt abbreviations quibus utuntur in allegatione textuum corporis iuris canonici et romani quaad rubricas titulorum. Sunt tales quae praesertim notari merentur, quoniam primis tantum litteris allegari solent, fere sequentes:

A. E. V.	actione emti venditi
A. vel A. P.	acquirenda vel amittenda possessione
A. R. D.	acquirendo rerum dominio
B. P.	bonorum possessione
C. et D.	conditionibus et demonstrationibus
I. D.	iure dotium
I. et I.	iustitia et iure
I. N. G. et C.	iure naturali gentium et ciuili
LL.	legibus
N. O. N.	novi operis nunciatione
N. N. P.	non numerata pecunia
O. et A.	obligationibus et actionibus
O. I.	origine iuris
P. P.	patria potestate
R. C.	rebus creditis
R. D.	rerum diuisione
R. V.	rei vindicatione
R. N.	ritu nuptiarum
R. I.	regulis iuris
S. P. V.	seruitutibus praediorum urbani

(Syst. doctr. propaed.)

N

S.P.R.

194 IV. Terminolog. et charact. iurid. generalis.

S. P. R.

seruitutibus praediorum rusti-
corum
verborum obligationibus
verborum significatione.

V. O.

V. S.

§. 301.

Ad tertiam classem refero ea *signa quibus Icti*
vtuntur in delineatione schematum cognationis, qualia
funt:

O

Persona in genere

Ø

Persona mortua

+ Ø

Is de cuius hereditate
quaeritur

◎

Mas

△

Femina

↓

Generatio

Concubitus

§. 302.

Licet adhuc supersint alia signa in scholis Icti-
torum recepta, e. g. ea quibus diuersa genera con-
iunctionis legatariorum exprimuntur, aliaque: ea ta-
men hic silentio praetereo, quoniam eorum explica-
tio ad iurisprudentiam posituam generalem referri
nequit. Multo minus vero ea signa vel notae huc
trahi possunt, quibus non Icti solum, sed et alii eru-
diti, vti solent.

V.

THEORIA
ARTIS TEXTVS IVRIS
ALLEGANDI EVOLVENDIQVE.

Christ. GVEINZII Pharus ad Themidis montem, sive de libris iuris
universi eosdemque allegandi ratione, commentatio quondam Hal-
lis Saxonum cathedra gymnasii publice proposita, deno edi-
ta a Chr. WILDVOGEL. Ienae 1700.

§. 303.

In theoria de modo allegandi et evoluendi tex-
tus iuris, nonnulla obueniunt quae generatim de
textuum iuris cuiuscunque generis allegatione valent,
quae itaque praemittenda, tumque specialiora quoad
textus huius vel illius iuris addenda.

TIT. I.

DE

MODO ALLEGANDI ET EVOLVENDI TEXTVS

IURIS IN GENERE.

§. 304.

Quoties, non nisi per consequentiam, ex textu
patet id quod per eum probandum, non ipse
textus, sed argumentum eius, allegatur, mediante
hoc, hunc in finem recepto, signo: arg. cui tex-
tus ipse addendus. e. gr. arg. l. 2. C. de rescind. emt.
vend. hoc est, argumento l. 2. C. etc.

§. 305.

Si non praecise hic vel ille textus ex titulo quo-
dam allegandus: sed potius omnes textus tituli cuius-
dam, totus titulus per signum t. t. allegandus, adie-
cta eius rubrica v. g. t. t. C. de SS. Ecclesiis. Econ-
tra si non totus textus, sed tantum certa eius verba

N 3

alle-

